Non ſupergaudeant mihi qui aduerſanẽ mihi inique qui oderunt me gratis ⁊ annuunt oculis.

Quoniã mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuũ: dixerunt euge euge viderunt oculi noſtri.

Vidiſti dñe ne ſileas: dñe ne diſcedas a me.

Exurge et intende iudicio meo deꝰ meus: ⁊ dñs meus in cauſam meã.

Iudica me ſm̃ iuſticiã tuã dñe deus meus: et nõ ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibꝰ ſuis euge euge anĩe noſtre: nec dicant deuorabimꝰ eũ.

Erubeſcant et reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis.

Induanẽ confuſione et reuerentia: qui maligna loquũtur ſuper me.

Exultent ⁊ letenẽ qui volunt iuſticiã meam: et dicant ſemꝑ magnificeẽ domiꝰ qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

volunt pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabiť
iuſticiā tuā: tota die laudem
tuam. Ps. xxxv.

Dixit iniuſtus vt delin-
quat in ſemetipſo: nō
eſt timor dei ante oculos eiꝰ.
Quoniā doloſe egit in cōſpectu
eius: vt inueniatur iniquitas
eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas
et dolus: noluit intelligere
vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus eſt
in cubili ſuo. aſtitit omni vie
non bone: maliciam autem
non odiuit.
Dñe in celo miſcdia tua: et
veritas tua vſqȝ ad nubes.
Iuſticia tua ſicut mōtes dei:
iudicia tua abiſſus multa.
Homīes ⁊ iumēta ſaluabis
dñe: quēadmodū multiplica
ſti miſcdiam tuā deus.
Filij aūt hoīm: in tegmine
alarū tuarū ſperabūt.
Inebriabunť ab vbertate
domus tue: ⁊ torrente volup
tatis tue potabis eos.
Quoniam apud te eſt fons
vite: et in lumine tuo videbi-
mus lumen.
Pretende miſcdiam tuam
ſcientibus te: ⁊ iuſticiam tuā
bis qui recto ſunt corde.

Non veniat mihi pes ſup-
bie: et manus peccatoris nō
moueat me.
Ibi ceciderunt q̄ operanť
iniquitatem: expulſi ſunt nec
potuerunt ſtare.
Gloria. Añ Expugna impu
gnantes me. Ps. xxxvi

Noli emulari in malig
nantibꝰ neqȝ zelaue-
ris facientes iniquitatē.
Quoniā tanq̄ȝ fenum velociter
areſcēt: ⁊ quēadmodū olera
herbarū cito decident.
Spera in dño ⁊ fac bonita-
tem: ⁊ inhabita terrā ⁊ paſce
ris in diuitijs eius.
Delectare in dño: et dabit
tibi petitiones cordis tui.
Reuela dño viā tuā ⁊ ſpera
in eo: et ipſe faciet.
Et educet quaſi lumen iu-
ſticiam tuā: et iudiciū tuum
tanq̄ȝ meridiē: ſubditus eſto
domino et ora eū.
Noli emulari in eo qui pſ-
ſperať in via ſua: in homine
facienti iniuſticias.
Deſine ab ira et derelin-
que furorem: noli emulari vt
maligneris.
Quoniā qui malignanť ex-
terminabuntur: ſuſtinentes
autem dominum ipſi heredi
tabunt terram.

Et adhuc puſillū ⁊ non erit peccatoꝛ: ⁊ queres locum eiꝰ et nō inuenies.

Manſueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.

Obſeruabit pctōꝛ iuſtum: ⁊ ſtridebit ſup eū dentibꝰ ſuis.

Dn̄s autē irridebit eū: qm̄ pꝛoſpicit ꝙ veniet dies eius.

Gladiū euaginauerūt pctōres: intenderunt arcū ſuum.

Ut decipiāt pauperē ⁊ inopē: vt trucidāt rectos coꝛde.

Gladiꝰ eoꝝ intret in coꝛda ipoꝝ: ⁊ arcꝰ eoꝝ ꝯfringatur.

Melius eſt modicū iuſto: ſup diuitias pctōꝝ multas.

Qm̄ bꝛachia pctōꝝ ꝯterent̄: confirmat autē iuſtos dn̄s.

Nouit dominꝰ dies immaculatoꝝū: et hereditas eoꝝū ineternum erit.

Nō cōfundent̄ in tpe malo: ⁊ in diebꝰ famis ſaturabuntur: quia pctōꝛes peribunt.

Inimici vero domini mox vt honoꝛificati fuerint et exaltati: deficientes quemadmodū fumus deficient.

Mutabit̄ pctōꝛ ⁊ nō ſoluet: iuſtꝰ aūt miſeret̄ et retribuet

Quia benedicētes ei hereditabunt terrā: maledicentes aūt ei diſperibunt.

Apud dn̄m greſſus hoīs dirigent̄: et viā eius volet

Cum ceciderit nō collidet̄: qa dn̄s ſupponit manū ſuā.

Iunioꝛ fui etenī ſenui et nō vidi iuſtū derelictū: nec ſemē eius querēs panem.

Tota die miſeretur ⁊ cōmodat: et ſemen illius in benedictione erit.

Declina a malo ⁊ fac bonū: ⁊ inhabita in ſclm ſeculi.

Quia dn̄s amat iudiciū et nō derelinquet ſanctos ſuos: ineternū cōſeruabunt̄.

Iniuſti punientur: ⁊ ſemē impioꝛum peribit.

Iuſti autem hereditabunt terrā: ⁊ inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei eiꝰ in coꝛde ipiꝰ: et nō ſupplātabunt̄ greſſus eiꝰ

Conſiderat pctōꝛ iuſtum: et querit moꝛtificare eū.

Dn̄s autē nō derelinquet eū in manibꝰ eius: nec damnabit eū cum iudicabit̄ illi.

Expecta dominū ⁊ cuſtodi viam eius. ⁊ exaltabit te vt hereditate capias terrā: cum perierint pctōꝛes videbis.

Vidi impiū ſuperexaltatū et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eleuatū: ſicut cedros libani.
Et trāſiui ⁊ ecce nō erat: q̄ſi
ui eū ⁊ nō eſt inuēt' locꝰ eiꝰ.
Cuſtodi innocentiā ⁊ vide
equitatem: qm̄ ſunt reliquie
homini pacifico.
Iniuſti aūt diſpibūt: ſimul
et reliq̄e impioꝝ interibunt.
Salus autē iuſtoꝝ a domi-
no: et protectoꝛ eoꝛū in tem-
poꝛe tribulationis.
Et adiuuabit eos dn̄s ⁊ li-
berabit eos. et eruet eos a
peccatoꝛibꝰ et ſaluabit eos:
quia ſperauerunt in eo
Domine Ps. xxxvij.
ne in furoꝛe tuo argu
as me: neqꝫ in ira tua coꝛri-
pias me.
Quoniam ſagitte tue infixe
ſunt mihi: et confirmaſti ſu-
per me manū tuam.
Nō eſt ſanitas ī carne mea
a facie ire tue: nō eſt par oſſi-
bꝰ meis a facie pctōꝛū meoꝝ
Qm̄ iniquitates mee ſup-
greſſe ſunt caput meū: ⁊ ſicut
onꝰ graue grauate ſūt ſup me
Putruerunt ⁊ coꝛrupte ſūt
cicatrices mee: a facie inſipi-
entie mee.
Miſer factus ſum ⁊ curua-
tus ſum vſqꝫ in finē: tota die
cōtriſtatus ingrediebar.
Quoniā lumbi mei impleti
ſunt illuſiōibus: et non eſt ſa
nitas in carne mea.
Afflictus ſum et humiliatus
ſum nimis: rugiebam a ge-
mitu coꝛdis mei.
Dn̄e ante te omne deſideriū
meū: et gemitus meus a te
non eſt abſconditus.
Coꝛ meū cōturbatū eſt de-
reliquit me virtus mea: ⁊ lu
men oculoꝛum meoꝛū ⁊ ip-
ſum non eſt mecū.
Amici mei ⁊ pꝛoximi mei
aduerſum me appꝛopinqua
uerunt et ſteterunt.
Et qui iuxta me erāt delon-
ge ſteterunt: ⁊ vim faciebant
qui querebant aīam meā.
Et qui inq̄rebāt mala mihi
locuti ſunt: vanitates et do-
los tota die meditabant̄.
Ego aūt tanq̄ꝫ ſurdus non
audiebā: et ſicut mutus non
aperiens os ſuū.
Et factus ſum ſicut hō non
audiens: et nō habens in oꝛe
ſuo redargutiones.
Qm̄ in te dn̄e ſperaui: tu ex-
audies me dn̄e deꝰ meus.
Quia dixi nequādo ſupgau
deāt mihi inimici mei: ⁊ dū
ꝯmouent̄ pedes mei ſup me
magna locuti ſunt.
Quoniā ego in flagella pa-
ratus ſum: et doloꝛ meus in

conſpectu meo ſemper.
Quoniã iniquitatem meam
annunciabo : et cogitabo ꝓ
peccato meo.
Inimici autẽ mei viuunt et
confirmati ſunt ſuper me : et
multiplicati ſunt qui oderũt
me inique.
Qui retribuunt mala ꝓ bo
nis detrahebãt mihi: quoniã
ſequebar bonitatẽ.
Non derelinquas me dñe
de⁹ me⁹ :ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutoriũ meũ:
dñe deus ſalutis mee.
Glĩa pñi. Añ. Reuela domĩe
viã tuã. ℣. Dñe in celo miſcdia
tua. Et veritas tua vſqꝫ ad nu-
bes. Bñdictiões poſt pater
nr̃. Et lectiões vt in breuia-
rio ſm tẽp⁹. Nota feriatis
dieb⁹ qñ nocturn⁹ dicit͛ Te
deũ. nunq̃ ſeruat͛. Ante lau
des ꝑ totũ annũ qñ noctur
nus ſeruat͛. Vſicul⁹ ſingulis
dieb⁹ feriatis. Oſtẽde nobis
dñe miſcdiam tuã. vſã. dic dñi
ca ſeruat͛. Exceptis aduẽtu
⁊ q̃dragesima. vſqꝫ ad feriã
ſextã poſt octauas corporis
criſti. Ad laudes Pš. l.

Miſerere mei
deus: ſm magnã mi-
ſericordiã tuã.
Et ſm multitudinem miſe-
rationũ tuarum: dele iniqui-
tatem meam.
Amplius laua me ab iniqui
tate mea : et a peccato meo
munda me.
Quoniã iniquitatem meã
ego cognoſco : et peccatum
meũ cõtra me eſt ſemꝑ.
Tibi ſoli peccaui et malum
coram te feci: vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis et vin-
cas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus
cõceptus ſum : ⁊ in peccatis
cõcepit me mater mea.
Ecce enĩ veritatem dilexiſti
incerta ⁊ occulta ſapiẽtie tue
manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine yſo-
po ⁊ mũdabor: lauabis me ⁊
ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gau-
dium ⁊ leticiã : ⁊ exultabunt
oſſa humiliata.
Auerte faciẽ tuam a pecca-
tis meis : et omẽs iniquita-
tes meas dele.
Cor mũdũ crea in me deus
et ſpiritũ rectum innoua in
viſceribus meis.
Ne ꝓiicias me a facie tua: ⁊
ſpiritum ſanctum tuũ ne aufe
ras a me.
Redde mihi leticiam ſalu-
taris tui: ; et ſpiritu princi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas ꝛ impij ad te conuertent̃.
Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: ꝛ exaltabit lingua mea iuſticiã tuã
Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis nõ delectaberis.
Sacrificiũ deo ſpiritꝰ cõtribulatus: cor cõtritũ ꝛ hũiliatum deus nõ deſpicies.
Benigne fac domĩe in bona voluntate tua ſyon: et edificent muri iheruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuũ vitulos.
Gloria patri ꝛ filio.
Añ. Miſerere mei deꝰ. Ps. v.
Verba mea auribus pcipe domine: intellige clamorẽ meũ.
Intende voci oratiõis mee rex meus et deꝰ meus.
Qm̃ ad te orabo domĩe: mane exaudies vocẽ meã.
Mane aſtabo tibi ꝛ videbo quoniã non deus: volens iniquitatem tu es.
Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ pmanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ: perdes omñes qui loquunt̃ mendaciũ.
Virũ ſanguinũ ꝛ doloſum abhominabit̃ dñs: ego aũt in multitudine miſcdie tue.
Introibo in domum tuam adorabo ad templũ ſanctũ tuũ: in timore tuo.
Domĩe deduc me in iuſticia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cõſpectu tuo viã meã
Qm̃ nõ eſt in ore eoꝝ veritas: cor eorũ vanũ eſt.
Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deꝰ.
Decidant a cogitationibus ſuis: ſm multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos: qm̃ irritauerũt te dñe.
Et letent̃ omñes qui ſperant in te: in eternũ exultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabunt̃ in te omnes qui diligunt nomen tuũ: qm̃ tu benedices iuſto.
Dñe: vt ſcuto bone volũtatis tue coronaſti nos.
Añ. Intellige clamorẽ meum.
Ps. Deus deus meus. vts in laudibus dominicalibꝰ.
Añ. Ad te de luce vigilo deus.

Canticum yſaie.xij.
Confitebor tibi domine
qm̄ iratus es mihi: cōuerſus
eſt furor tu⁹ ⁊ ↄſolat⁹ es me.
Ecce de⁹ ſaluator me⁹: fidu-
cialiter agā ⁊ nō timebo.
Quia fortitudo ⁊ laus mea
dn̄s: ⁊ fact⁹ eſt mihi in salutē
Haurietis aq̄s in gaudio
de fontib⁹ ſaluatoris: ⁊ dice-
tis in illa die: cōfitemini dn̄o
⁊ inuocate nomen ei⁹.
Notas facite in populis ad
inuētiōes ei⁹ memētote qm̄
excelſum eſt nomen eius.
Cantate dn̄o qm̄ magnifice
fecit: annunciate hoc in vni-
uerſa terra.
Exulta ⁊ lauda habitatio
ſyon: quia magnus in medio
tui ſanctis iſrael.
An̄. Cōuerſus eſt furor tu⁹ dn̄e
et cōſolatus es me. Ps̄. Lau-
date dn̄m de ce. vts̄ in laudi
bus dn̄icalib⁹. An̄. Laudate
dominū de celis. Cap.
Deus aūt ſpei repleat
vos omni gaudio ⁊ pace in
credēdo. vt abūdetis in ſpe
⁊ virtute ſpūſſcti. Deo grās.
℣. Repleti ſumus mane miſcd̄ia
tua dn̄e. Exultauim⁹ ⁊ delectati
ſum⁹ in oībus diebus nr̄is. Ad
bn̄di. an̄. Bn̄dictus dn̄s quia
viſitauit nos ⁊ ab inimicis nr̄is
liberauit nos. Coll. de dn̄ica
vt in breuiario. Cum ſuffra.
cōib⁹ infraſcriptis. Nota
predictū cap. De⁹ aūt ſpei.
et ℣. Repleti ſum⁹. dicunt oi-
bus ferialib⁹ dieb⁹ p annū
poſt laudes. Exceptis ad-
uentu dn̄i et. xl. vſq₃ feriam
ſextā poſt corpis xpi excluſi
ue. Feria tercia inuitato.
Iubilem⁹ deo ſalutari nr̄o. Ps̄
Venite Noctur. ps̄ xxxviij
Dixi cuſtodi-
am vias me
as: vt non
delinquā in
lingua mea.
Poſui ori
meo cuſtodiā: cum cōſiſteret
peccator aduerſum me.
Obmutui ⁊ humiliatus ſum
et ſilui a bonis: et dolor me⁹
renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra
me: et in meditatione mea ex
ardeſcet ignis.
Locutus ſum in lingua mea
notū fac mihi dn̄e finē meū.
Et nūerū dierū meoꝝ quis
eſt: vt ſciā quid deſit mihi.
Ecce menſurabiles poſui-
ſti dies meos: ⁊ ſubſtantia
mea tanq̄ʒ nihilū ante te.
Verūtamen vniuerſa vani
tas: oīs hō viuens.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

257

Uerūtñ in imagine ꝑtrāſit
hō: ſed ⁊ fruſtra conturbatˀ.
Theſauriſat ⁊ ignorat: cui
congregabit ea.
Et nunc que eſt expectatio
mea nonne dominꝰ: ⁊ ſubſtā-
tia mea apud te eſt.
Ab omībus iniquitatibus
meis erue me: obprobriū in-
ſipienti dediſti me.
Obmutui ⁊ non aperui os
meū quoniā tu feciſti: amoue
a me plagas tuas.
A fortitudine manus tue
ego defeci in increpationi-
bus: propter iniquitatē cor-
ripuiſti hominē.
Et tabeſcere feciſti ſicut ara
neā aīam eiꝰ: verūtamē va-
ne cōturbatˀ oīs hō.
Exaudi orōnem meā dn̄e
⁊ deprecationē meā: auribus
percipe lachrimas meas.
Ne ſileas quoniā aduena
ego ſum apud te ⁊ peregri-
nus: ſicut om̄s patres mei.
Remitte mihi vt refrigerer
priuſq̄ȝ abeam et amplius
non ero. Ps. xxxix.

Expectās expectaui do-
minū: ⁊ intēdit mihi.
Et exaudiuit preces meas
et eduxit me de lacu miſerie:
et de luto fecis.
Et ſtatuit ſup̄ petrā pedes
meos: et direxit greſſꝰ meos
Et immiſit in os meū can-
ticū nouū: carmen deo nr̄o.
Uidebūt multi ⁊ timebūt:
et ſperabūt in dn̄o.
Beatus vir cuiꝰ eſt nomen
dn̄i ſpes eiꝰ: ⁊ nō reſpexit in
vanitates ⁊ inſanias falſas.
Multa feciſti tu dn̄e deꝰ me-
us mirabilia tua: ⁊ cogitatio
nibꝰ tuis nō eſt q̇ ſiſ͛is ſit tibi.
Annunciaui ⁊ locutus ſum
multiplicati ſunt ſup nūerū.
Sacrificiū ⁊ oblationē no-
luiſti: aures aūt ꝑfeciſti mihi
Holocauſtū ⁊ ꝓ pctō nō po-
ſtulaſti: tūc dixi ecce venio.
In capite libri ſcriptuȝ eſt de
me vt facerē voluntatē tuam
deus meus volui: ⁊ legē tuā
in medio cordis mei.
Annūciaui iuſticiā tuā in ec-
cleſia magna: ecce labia mea
nō prohibebo dn̄e tu ſciſti.
Iuſticiā tuā nō abſcondi in
corde meo: veritatē tuā ⁊ ſa-
lutare tuū dixi.
Nō abſcondi miſericordiā
tuā ⁊ veritatem tuam: a con-
cilio multo.
Tu aūt dn̄e ne longe facias
miſerationes tuas a me: miſe
ricordia tua et veritas tua
ſemper ſuſceperūt me.
Qm̄ circūdederūt me mala

13

quorū nō eſt numerus:com-
prehenderūt me iniquitates
mee ⁊ nō potui vt viderem.
Multiplicate ſunt ſuper ca
pillos capitis mei:⁊ cor meū
dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt
eruas me: domine ad adiu-
uandū me reſpice.
Confundant̄ et reuereātur
ſimul: qui querunt animam
meā vt auferant eam.
Cōuertant̄ retrorſum ⁊ re-
uereant̄:q̄ volūt mala mihi.
Ferāt ꝯfeſtim ꝯfuſionē ſuā
qui dicūt mihi euge euge.
Exultent ⁊ letentur ſuper te
omnes querentes te ⁊ dicāt.
ſemꝑ magnificetur dominꝰ:
qui diligūt ſalutare tuū.
Ego aūt mendicus ſum et
pauꝑ:dn̄s ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus et protector
meus es tu:deꝰ meus ne tar
daueris. Gloria pr̄i. An̄.
Vt non delinquā in lingua mea.
Beatus qui in- Ps̄.xl.
telligit ſuꝑ egenum ⁊
pauperem: in die mala libe-
rabit eū dominus.
Dominꝰ conſeruet eū ⁊ vi-
uificet eū.et beatū faciet eum
in terra:⁊ non tradat eum in
animā inimicorū eius.
Dominꝰ opem ferat illi ſuꝑ
lectum doloris eius: vniuer-
ſum ſtratum eius verſaſti in
infirmitate eius.
Ego dixi domine miſerere
mei:ſana animā meam:quia
peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala
mihi:quādo morieẗ et peri-
bit nomen eius.
Et ſi ingrediebat̄ vt vide-
ret vana loquebat̄ cor eius:
congregauit iniq̄tatē ſibi.
Egrediebat̄ foras:et loque
batur in idipm̄.
Aduerſum me ſuſurrabant
om̄es inimici mei:aduerſum
me cogitabāt mala mihi.
Verbū iniquū cōſtituerunt
aduerſum me:nunq̄d q̄ dor-
mit nō adijciet vt reſurgat.
Etenim homo pacis mee
in quo ſperaui:q̄ edebat pa-
nes meos magnificauit ſuꝑ
me ſupplantationē.
Tu aūt dn̄e miſerere mei et
reſuſcita me:⁊ retribuā eis.
In hoc cognoui qm̄ volui-
ſti me:quoniā non gaudebit
inimicus meus ſuꝑ me.
Me autē ꝓpter innocentiā
ſuſcepiſti: ⁊ cōfirmaſti me in
cōſpectu tuo ineternū.
Benedictus dominus deꝰ
iſrael:a ſeculo et in ſeculum
fiat fiat. Pſalmus.xli.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QVemadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū: qñ veniā ⁊ apparebo ante faciem dei.

Fuerūt mihi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quottidie vbi eſt deus tuus.

Hec recordat⁹ ſum ⁊ effudi in me aīam meā. qm̄ trāſibo in locum tabernaculi admirabilis: vſq; ad domū dei.

In voce exultatiōis ⁊ confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare triſtis es aīa mea: ⁊ quare cōturbas me.

Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: ſalutare vult⁹ mei ⁊ deus meus.

Ad meipm̄ aīa mea cōturbata eſt. ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis: et hermonym a monte modico.

Abiſſus abiſſum inuocat: in voce catharactaꝝ tuarū.

Omīa excelſa tua et fluctus tui: ſup me tranſierūt.

In die mandauit dominus miſericordiā ſuam: et nocte canticum eius.

Apud me oīo deo vite mee. dicam deo ſusceptor me⁹ es.

Quare oblit⁹ es mei ⁊ quare contriſtatus incedo: dum affligit me inimicus.

Dū confringunt oſſa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies vbi eſt deus tu⁹ quare triſtis es aīa mea: ⁊ quare conturbas me.

Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus.

Gloria pri. Añ. Sana domine animā meā quia peccaui tibi.

Ps. xliii.

DEus aurib⁹ nr̄is audiuim⁹: p̄res noſtri annūciauerūt nobis.

Opus qđ opatus es in diebus eorū: ⁊ in dieb⁹ antiq̄s.

Man⁹ tua gētes diſpdidit et plantaſti eos: afflixiſti populos ⁊ expuliſti eos.

Nec enī in gladio ſuo poſſiderunt terrā: et brachiū eorū nō ſaluauit eos.

Sed dextera tua et brachiū tuū ⁊ illuminatio vultus tui: qm̄ cōplacuiſti in eis.

Tu es ipē rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹ qui mandas ſalutes iacob.

In te inimicos noſtros vētilabimus cornu: et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Nō enī in arcu meo ſpera-
bo ⁊ gladius meus non ſal-
uabit me.

Saluaſti enī nos de affligen
tibus nos : ⁊ odientes nos
confudiſti.

In deo laudabimur tota
die: et in noīe tuo ꝯfitebimur
tibi in ſeculū.

Nunc aūt repuliſti et con-
fudiſti nos: et nō egredieris
deꝰ in virtutibꝰ noſtris.

Auertiſti nos retrorſū poſt
inimicos noſtros : ⁊ q̄ ode-
rūt nos diripiebāt ſibi.

Dediſti nos tāq̄ȝ oues eſca-
rū: ⁊ in gentibꝰ diſpſiſti nos.

Vendidiſti poplm̄ tuū ſine
precio: ⁊ nō fuit multitudo in
cōmutationibꝰ eorū.

Poſuiſti nos obprobriū vi-
cinis nr̄is : ſubſannationē et
deriſū his q̄ ī circuitu nr̄o ſūt.

Poſuiſti nos in ſimilitudi-
nē gentibꝰ: cōmotionē capi-
tis in populis.

Tota die verecundia mea
contra me eſt: et confuſio fa-
ciei mee cooperuit me

A voce reprobantis et ob-
loquentis: a facie inimici ⁊ ꝑ-
ſequentis.

Hec oīa venerunt ſuꝑ nos.
nec obliti ſumus te: et inique
nō egemꝰ in teſtamento tuo.

Et nō receſſit retro cor no-
ſtrū: et declinaſti ſemitas no-
ſtras a via tua.

Quoniā humiliaſti nos in
loco afflictionis: ⁊ cooperuit
nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomen dei
noſtri: et ſi expandimꝰ manꝰ
noſtras ad deū alienū.

Nōne deꝰ requiret iſta: ipſe
enī nouit abſcōdita cordis.

Qm̄ ꝓpter te mortificamur
tota die: eſtimati ſumus ſicut
oues occiſionis.

Exurge quare obdormis
domine: exurge et ne repel-
las in finem.

Quare faciē tuam auertiſti:
obliuiſceris inopie noſtre et
tribulatiōis noſtre.

Quoniā hūiliata eſt in pul-
uere aīa nr̄a : cōglutinatus
eſt in terra venter noſter.

Exurge dn̄e adiuua nos: et
redime nos propter nomen
tuum. Ps. xliiij.

Eructauit cor meum
verbū bonū: dico ego
opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcri-
be: velociter ſcribētis.

Specioſus forma pre filijs
hominū. diffuſa eſt gratia in
labijs tuis: ꝓpterea benedix-
it te deus ineternum.

Accingere gladio tuo ſup
femur tuū potētiſſime.
Specie tua et pulchritudie
tua: intende proſpere proce-
de et regna.
Propter veritatē et manſue
tudinē ꝛ iuſticiā ꝛ deducet te
mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi
ſub te cadent in corda inimi-
corum regis.
Sedes tua deus in ſeculum
ſeculi: virga directionis vir-
ga regni tui.
Dilexiſti iuſticiā ꝛ odiſti in-
iquitatem: ꝓpterea vnxit te
deus deus tuus oleo leticie:
pre conſortib⁹ tuis.
Mirra et gutta et caſia a
veſtimētꝭ tuis a domib⁹ ebur
neis: ex quib⁹ delectauerūt te
filie regū in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato: circum-
data varietate.
Audi filia ꝛ vide et inclina
aurē tuā: ꝛ obliuiſcere popu-
lū tuū ꝛ domū patris tui.
Et concupiſcet rex decorem
tuū: qm̄ ipſe eſt dn̄s de⁹ tuus
et adorabunt eū.
Et filie tyri in munerib⁹ vul
tum tuū deprecabunt̄: om̄es
diuites plebis.
Om̄is gloria ei⁹ filie regis
ab intus in fimbriis aureis
circūamicta varietatib⁹.
Adducent̄ regi vgīes poſt
eā: prime ei⁹ offerent̄ tibi
Offerent̄ in leticia ꝛ exulta-
tiōe: adducent̄ in tēplū regis
Pro patrib⁹ tuis nati ſunt
tibi filij: conſtitues eos prin-
cipes ſup omnē terrā.
Memores erunt nominis
tui dn̄e: in om̄i generatione ꝛ
generationē.
Propterea ppl'i cōfitebunt̄
tibi in eternū: ꝛ in ſcl'm ſeculi.
Glia pri. Añ. Eructauit cor
meū verbū bonum. Ps. xlv.
Deus noſter refugium
et virtus: adiutor in
tribulatiōibus que inuene-
runt nos nimis.
Propterea non timebimus
dū turbabit̄ terra: et tranſfe-
rent̄ mōtes in cor maris.
Sonuerunt et turbate ſunt
aque eorum: conturbati ſunt
mōtes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letifi-
cat ciuitatē dei: ſanctificauit
tabernaculū ſuū altiſſimus.
Deus in medio eius nō cō-
mouebit̄: adiuuabit eā deus
mane diluculo.
Conturbate ſunt gentes et
inclinata ſunt regna: dedit vo
cem ſuā mota eſt terra.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dn̄s virtutū nobiſcū: ſuſceptoꝛ noſter deus iacob.
Venite ⁊ videte opa dn̄i q̄ poſuit ꝓdigia ſup terrā: auferēs bella vſq₃ ad finē terre
Arcū cōteret ⁊ ꝯfringet arma: ⁊ ſcuta cōburet igni.
Vacate ⁊ videte qm̄ ego ſū deus exaltaboꝛ in gentibꝰ: et exaltaboꝛ in terra.
Dn̄s virtutū nobiſcū: ſuſceptoꝛ noſter deus iacob.
Omnes gē- Ps̄. xlvi. tes plaudite manibꝰ: iubilate deo ī voce exultatōis
Qm̄ dn̄s excelſus terribilis rex magnꝰ ſup oēm terrā
Subiecit pp̄los nobis: ⁊ gētes ſub pedibꝰ noſtris.
Delegit nobis hereditatem ſuā: ſpeciē iacob quē dilexit.
Aſcendit deus in iubilo: et dominꝰ in voce tube.
Pſallite deo nr̄o pſallite: pſallite regi nr̄o pſallite.
Quoniā rex oīs terre deꝰ: pſallite ſapienter
Regnabit deꝰ ſup gētes. deꝰ ſedet ſup ſedem ſanctā ſuam
Principes populorū congregati ſunt cum deo abraham: qm̄ dij fortes terre vehementer eleuati ſunt.
Gloria patri An̄. Adiutoꝛ in tribulationibus. Ps̄. xlvij.

Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte ſctō eiꝰ
Fūdant exultatiōe vniuerſe terre: mons ſyon latera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibꝰ eiꝰ cognoſcet: cū ſuſcipiet eam.
Qm̄ ecce reges congregati ſunt: cōuenerūt in vnū.
Ipſi videntes ſic admirati ſunt ꝯturbati ſunt ꝯmoti ſūt: tremoꝛ apprehendit eos.
Ibi doloꝛes vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues tharſis.
Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate dn̄i virtutū in ciuitate dei noſtri: deꝰ fundauit eam ineternū.
Suſcepimꝰ deus miſcdiam tuā: in medio templi tui.
Scd̄m nomē tuum deꝰ ſic et laus tua in fines terre: iuſticia plena eſt dextera tua.
Letetur mons ſyon et exultent filie iude: propter iudicia tua domine.
Circūdate ſyon ⁊ cōplectimi eā: narrate in turribꝰ eiꝰ.
Ponite corda veſtra in virtute eius: et diſtribuite domos eius vt enarretis in ꝓgenie altera.
Quoniā hic eſt deus deus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſter ineternum et in ſecu-
lum ſeculi:ipſe reget nos in
ſecula.

AVdite hec Ps. xlviij.
omnes gentes: auri-
bus percipite om̄es qui ha-
bitatis orbem.

Quiqꝫ terrigene et filij ho-
minum: ſimul in vnum di-
ues et pauper.

Os meū loquetur ſapien-
tiā:et meditatio cordis mei
prudentiam.

Inclinabo in parabolā au-
rem meā:aperiā in pſalterio
ꝓpoſitionem meā.

Cur timebo in die mala:in-
iquitas calcanei mei circum-
dabit me.

Qui confidūt in virtute ſua
et in multitudine diuiciarū
ſuarum gloriant̄.

Frater non redimit redi-
met homo:et non dabit deo
placationē ſuam.

Et preciū redēptionis anīe
ſue.⁊ laborabit ineternum:⁊
viuet adhuc in finem.

Non videbit ineternū cum
viderit ſapiētes moriētes ſi-
mul inſipiēs ⁊ ſtultꝰ ꝑibunt.

Et relinquēt alienis diuici-
as ſuas:et ſepulchra eorū do
mus illorū ineternū.

Tabernacula eorū in ꝓge-
nie ⁊ ꝓgenie: vocauerūt no-
mina ſua in terris ſuis.

Et homo cum in honore
eſſet non intellexit: compara
tus eſt iumentis inſipiētibꝰ
et ſimilis factus eſt illis.

Hec via illorum ſcandalū
ipſis:et poſtea in ore ſuo cō-
placebunt.

Sicut oues in inferno poſi-
ti ſunt:mors depaſcet eos.

Et dn̄abunt̄ eorū iuſti ī ma
tutino:⁊ auxiliū eoꝝ veteraſ-
cet in inferno a gloria eorū.

Verūtamen deus redimet
animā meā de manu inferi:
cum acceperit me.

Ne timueris cū diues factꝰ
fuerit hō:⁊ cum multiplicata
fuerit gloria domꝰ eius.

Qm̄ cum interierit non ſu-
met omnia: neqꝫ deſcendet
cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ip
ſius benedicet̄: confitebitur
tibi cū benefeceris ei.

Introibit vſqꝫ in ꝓgenies
patrū ſuorum:⁊ vſqꝫ ineter-
num nō videbit lumen

Homo cum in honore eſſet
non intellexit: cōparatus eſt
iumentis inſipientibus:⁊ ſi-
milis factus eſt illis.

Gloria. Añ. Auribus ꝑcipite
qui habitatis orbem. Ps. xlix.

Deus deoꝝ dn̄s locutꝰ
eſt: ⁊ vocauit terrā.
A ſolis ortu vſq; ad occaſū:
ex ſyon ſpecies decoris eiꝰ
Deus manifeſte veniet: deꝰ
noſter ⁊ nō ſilebit.
Ignis in cōſpectu eiꝰ exar-
deſcet: et in circuitu eiꝰ tem-
peſtas valida.
Aduocauit celū deſurſum: ⁊
terrā diſcernere pplm̄ ſuum
Congregate illi ſctōs eius:
qui ordinant teſtamentū eiꝰ
ſuper ſacrificia.
Et annūciabūt celi iuſticiā
eiꝰ: qm̄ deus iudex eſt.
Audi populꝰ meꝰ ⁊ loquar
iſrael ⁊ teſtificabor tibi deus
deus tuꝰ ego ſum.
Nō in ſacrificijs tuis arguā
te: holocauſta aūt tua in con
ſpectu meo ſunt ſemp.
Non accipiam de domo tua
vitulos: neq; de gregibus
tuis hircos.
Qm̄ mee ſunt oēs fere ſilua-
rū: iumēta in mōtibꝰ ⁊ boues
Cognoui oīa volatilia celi:
⁊ pulchritudo agri mecū eſt.
Si eſuriero non dicam tibi
meus eſt enim orbis terre: ⁊
plenitudo eius.
Numqd manducabo car-
nes thaurorū: aut ſanguinē
hircorū potabo.

Immola deo ſacrificiū lau-
dis: ⁊ redde altiſſimo vota
tua.
Et inuoca me in die tribu-
lationis: et eruā te ⁊ hono-
ficabis me.
Peccatori autē dixit deus
quare tu enarras iuſticias
meas: et aſſumis teſtamen-
tum meū per os tuū.
Tu vo odiſti diſciplinā: pie
ciſti ſermōes meos retrorſū.
Si videbas furē currebas
cū eo: ⁊ cū adulteris portio-
nem tuā ponebas.
Os tuum abundauit mali-
cia: et lingua tua concinna-
bat dolos.
Sedens aduerſus fratrem
tuū loqbaris. et aduerſus fi-
liū matris tue ponebas ſcan
dalū: hec feciſti ⁊ tacui.
Exiſtimaſti iniq̄ qꝫ ero tui ſi
milis: arguā te ⁊ ſtatuā con-
tra faciem tuā.
Intelligite hec qui obliuiſ-
cimini deū: neqn̄ rapiat et nō
ſit qui eripiat.
Sacrificiū laudis honorifi
cabit me: ⁊ illic iter quo oſtē-
dam illi ſalutare dei.

Quid gloria- Ps̄. li.
ris in malitia: qui po
tens es in iniquitate.
Tota die iniuſticiā cogita-

uit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolū.

Dilexiſti maliciā ſup benig- nitatem: iniqtatem magis q̄ꝫ loqui equitatem.

Dilexiſti oīa verba p̄cipita- tiōis: lingua doloſa.

Propterea deꝰ deſtruet te in finē: euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicē tuā de terra viuentiū.

Uidebunt iuſti et timebūt et ſuper eū ridebūt ⁊ dicent: ecce homo qui nō poſuit deū adiutorem ſuū.

Sed ſperauit in multitudi- ne diuitiarū ſuarū: ⁊ preua- luit in vanitate ſua.

Ego aūt ſicut oliua fructife- ra in domo dei: ſperaui in mi- ſericordia dei in eternū: et in ſeculū ſeculi.

Cōfiteboꝛ tibi in ſeculū q̄a feciſti. ⁊ expectabo nomē tuū qm̄ bonū eſt: in cōſpectu ſan- ctoꝝ tuoꝝ. Gloria pa. Añ. Deꝰ deoꝝ dn̄s locutꝰ eſt. ℣. Im- mola deo ſacrificiū laudis. Et red- de altiſſimo vota tua. Lcōnes vt in breuiario. ℣. añ laud. Oſtēde nobis dn̄e miſcd'iā tuam. vts. Ad laudes p̄s. Miſe- rere mei deꝰ. vts feria ſcda. Añ. Scd'm magnā miſcd'iā tuā

Iudica me deꝰ Ps. xlij ⁊ diſcerne cauſam meā de gente non ſctā: ab homine iniquo et doloſo erue me.

Quia tu es deus foꝛtitudo mea. quare me repuliſti ⁊ q̄- re triſtis incedo: dū affligit me inimicus.

Emitte lucē tuā et veritatē tuā ip̄a me deduxerunt ⁊ ad- duxerūt in montē ſanctū tuū et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuentutē meā.

Confiteboꝛ tibi in cythara deꝰ deus meꝰ quare triſtis es aīa mea: ⁊ q̄re cōturbas me.

Spera in deo qm̄ adhuc cō- fiteboꝛ illi: ſalutare vultꝰ mei ⁊ deus meus.

Glia Añ. Salutare vultꝰ mei deus meꝰ. Ps. Deꝰ deꝰ meus ad te de luce. Añ. Sitiuit in te anīa mea. Cāticū ezechie re- gis. Eſaie. xxxviij

Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ vadā ad portas inferi q̄ſiui reſiduū annoꝝ meoꝝ.

Dixi nō videbo dn̄m deum in terra viuentiū: non aſpiciā hoīeꝫ vltra ⁊ habitatorē q̄eti.

Generatio mea ablata eſt et conuoluta eſt a me: quaſi tabernacula paſtoꝝ.

Preciſa eſt velut a texente

vita mea dum adhuc ordi-
rer ſuccidit me: de mane vſq
ad veſperã finies me.
Sperabam vſq ad mane:
quaſi leo ſic contriuit omnia
oſſa mea.
De mane vſq ad veſperã
finies me ſicut pullus hyrũ-
dinis ſic clamabo: medita-
bor vt columba.
Attenuati ſunt oculi mei:
ſuſpicientes in excelſo.
Dñe vim pacior reſpõde ꝑ
me quid dicã aut quid rñde
bit mihi: cũ ipe fecerim
Recogitabo tibi omẽs an-
nos meos: in amaritudine
anime mee.
Domine ſi ſic viuitur et in
talibus vita ſpiritus mei cor
ripies me ⁊ viuificabis me
ecce in pace amaritudo mea
amariſſima.
Tu autẽ eruiſti animã meã
vt nõ periret: proieciſti poſt
tergũ omĩa peccata mea.
Quia nõ infernꝰ confitebit
tibi neq mors laudabit te:
nõ expectabũt qui deſcẽdunt
in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe confi-
tebit tibi ſicut et ego hodie
pater filijs: notam fecit veri-
tatem tuam.
Dñe ſaluum me fac: ⁊ pſal-
mos nřos cantabimꝰ cũctis
diebꝰ vite nře: in domo dñi.
Glïa. An. Cũctis diebus vite
noſtre ſaluos nos fac dñe. Ps.
Laudate dñm de celis. An.
In excelſis laudate deũ. Cap.
Deus aũt ſpei. vrs fe. ſcda.
V. Repleti ſumꝰ. vrs. An. ſup
bñd. Erexit dñs nobis cornu ſa
lutis in domo dauid pueri ſui.
Col. vt in breuiario. Feria
quarta. inui. fe In manu tua
dñe. oẽs fines terre. Ps. Veni
te exul. Nocturnꝰ. Ps. liij.
Dixit inſipi-
ens in corde
ſuo non eſt
deus.
Corrupti
ſunt et ab-
hominabiles facti ſunt in in-
iquitatibus: nõ eſt qui faciat
bonum.
Deus de celo ꝓſpexit ſup fi
lios hoĩm: vt videat ſi eſt in-
telligẽs aut requirẽs deũ.
Oẽs declinauerũt ſimul in-
utiles facti ſũt. nõ eſt q faciat
bonũ: nõ eſt vſq ad vnũ.
Nõne ſciẽt oẽs qui opant
iniquitatẽ: q deuorãt plebem
meã vt cibum panis.
Deum nõ inuocauerũt illic
trepidauerũt timore: vbi nõ
erat timor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quoniam deus diſſipauit oſſa eo-
rū q̄ hoīb⁹ placēt: cōfuſi ſunt
qm̄ deus ſpreuit eos.
Quis dabit ex ſyon ſalutare
iſrael: cū cōuerterit dn̄s cap-
tiuitatē plebis ſue: exultabit
iacob ꝛ letabit̄ iſrael.
Exaudi deus Ps. liiij.
oꝛonē meā ꝛ ne deſper
eris dep̄cationē meā intende
mihi ꝛ exaudi me.
Contriſtatus ſum in exerci-
tatione mea: ꝛ conturbatus
ſum a voce inimici: ꝛ a tribu
latione peccatoꝛis.
Quoniam declinauerunt in
me iniquitates: ꝛ in ira mo-
leſti erant mihi.
Cor meū conturbatū eſt in
me: et formido moꝛtis ceci-
dit ſuper me.
Timoꝛ ꝛ tremoꝛ venerunt
ſuper me: et contexerunt me
tenebre.
Et dixi quis dabit mihi pen
nas ſicut columbe: ꝛ volabo
et requieſcam.
Ecce elongaui fugiens: et
manſi in ſolitudine.
Expectabam eū qui ſaluū
me fecit: a puſillanimitate ſpi
ritus ꝛ tempeſtate.
Precipita dn̄e diuide ling-
uas eoꝝ: qm̄ vidi iniquitatē
et ꝯtradictionē in ciuitate

Die ac nocte circumdabit
eam ſup muros eius iniqui-
tas: ꝛ laboꝛ in medio eius et
iniuſticia.
Et nō defecit de plateis ei⁹:
vſura ꝛ dolus.
Quoniā ſi inimicus meus
maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſ-
ſem vtiq̃.
Et ſi is qui oderat me ſup
me magna locut⁹ fuiſſet. ab-
ſcōdiſſem me foꝛſitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis
dux meus et notus meus
Qui ſimul mecū dulces ca-
piebas cibos: in domo dei am
bulauim⁹ cū conſenſu.
Veniat moꝛs ſuper illos: ꝛ
deſcēdāt in infernū viuētes.
Qm̄ nequicie in habitacu-
lis eoꝝ: ꝛ in medio eoꝝ.
Ego aūt ad deum clamaui:
et dn̄s ſaluauit me.
Veſpere ꝛ mane ꝛ meridie
narrabo ꝛ annunciabo: ꝛ ex-
audiet vocem meam.
Redimet in pace animam
meam ab his qui appꝛopin-
quāt mihi: quoniā inter mul
tos erat mecum.
Exaudiat de⁹ ꝛ humiliabit
illos qui eſt ante ſecula.
Non enim eſt illis cōmutatio
ꝛ nō timuerūt deum: extēdit
manū ſuā in retribuendo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cōtaminauerūt teſtamen-
tū eiꝰ diuiſi ſunt ab ira vultꝰ
eiꝰ: et appropinquit cor illiꝰ.
Molliti ſunt ſermones eiꝰ
ſup eleū: ⁊ ipi ſunt iacula.
Iacta ſup dn̄m curā tuā et
ipſe te enutriet: ⁊ nō dabit in-
eternū fluctuationē iuſto.
Tu vero deꝰ: deduces eos
in puteū interitus.
Viri ſanguinū et doloſi di-
midiabūt dies ſuos: ego aūt
ſperabo in te dn̄e.
Gl'ia. Añ. Auertat dn̄s capti
uitatē plebis ſue. Ps. lv.
Miſerere mei deꝰ qm̄
cōculcauit me homo
tota die impugnans tribu-
lauit me.
Conculcauerūt me inimici
mei tota die: qm̄ multi bellā-
tes aduerſum me.
Ab altitudine diei timebo:
ego vero in te ſperabo.
In deo laudabo ſermones
meos: in deo ſperaui nō time
bo qd faciat mihi caro
Tota die verba mea execra
bant aduerſum me: oēs cogi
tatiōes eorū in malū.
Inhabitabunt et abſcon-
dent ipſi: calcaneū meum ob
ſeruabunt.
Sicut ſuſtinuerūt aīaꝫ meā
p nihilo ſaluos facies illos
in ira populos confringes.
Deus vitā meam annūcia-
ui tibi: poſuiſti lachrimas me
as in conſpectu tuo.
Sicut et in promiſſione tua
tunc conuertent inimici mei
retrorſum.
In quacunqꝫ die inuocaue
ro te: ecce cognoui quoniam
deus meus es.
In deo laudabo verbum in
dn̄m laudabo ſermonem in
deo ſperaui nō timebo quid
faciat mihi homo.
In me ſunt deus vota tua:
q reddā laudatiōes tibi
Qm̄ eripuiſti aīam meā de
morte. et pedes meos de lap-
ſu: vt placeā coram deo in lu
mine viuentiū. Ps. lvi.
Miſerere mei deus mi
ſerere mei qm̄ in te
confidit anima mea.
Et in vmbra alarū tuaꝝ ſpe
rabo: donec trāſeat iniqtas.
Clamabo ad deū altiſſimū:
deū qui bene fecit mihi.
Miſit de celo et liberauit
me: dedit in obprobriū con-
culcantes me.
Miſit deus miſcdiam ſuam
et veritatē ſuā. et eripuit ani-
mā meā de medio catulorū
leonū dormiui cōturbatꝰ.
Filij hoīm dentes eorū ar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ma ⁊ ſagitte: et lingua eorū
gladius acutus.
Exaltare ſuper celos deꝰ: et
in omī terra gloria tua.
Laqueū parauerunt pedi-
bus meis: et incuruauerunt
animā meā.
Foderūt ante faciē meā fo
ueā: ⁊ inciderūt in eā.
Paratum cor meū deus pa-
ratū cor meū: cantabo ⁊ pſal
mū dicam.
Exurge gloria mea exurge
pſalteriū et cythara: exurgā
diluculo.
Cōfitebor tibi in pplīs dn̄e:
⁊ pſalmū dicā tibi in gētibꝰ.
Qm̄ magnificata eſt vſqꝫ
ad celos miſcdia tua: ⁊ vſqꝫ
ad nubes veritas tua.
Exaltare ſup celos deus et
ſup oēm terrā gloria tua.
Gloria. An. Qm̄ in te confi-
dit anima. Ps̄. lvij.
Si vere vtiqꝫ iuſticiam
loquimini: recte iudicate fi-
lij hominū.
Etenī in corde iniquitates
opamini in terra: iniuſticias
manꝰ veſtre concinnāt
Alienati ſunt peccatores a
vulua errauerūt ab vtero: lo
cuti ſunt falſa.
Furor illis ſm̄ ſimilitudinē
ſerpētis: ſicut aſpidis ſurde
obdurantis aures ſuas.
Que nō exaudiet vocem in-
cantantiū: et venefici incan-
tantis ſapienter.
Deus conteret dentes eorū
in ore ipſorū: molas leonum
confringet dominꝰ.
Ad nihilū deuenient tanq̄
aqua decurrēs: intendit arcū
ſuū donec infirment.
Sicut cera que fluit auferē
tur: ſupercecidit ignis et non
viderunt ſolem.
Priuſqꝫ intelligerent ſpine
veſtre ramū: ſicut viuētes ſic
in ira abſorbet eos.
Letabit iuſtus cū viderit
vindictā: manus ſuas laua-
bit in ſanguine peccatoris.
Et dicet hō ſi vtiqꝫ eſt fru-
ctus iuſto: vtiqꝫ eſt deꝰ iudi-
cans eos in terra. Ps̄. lviij.
Eripe me de inimicis
meis deꝰ meꝰ ⁊ ab in-
ſurgentibꝰ in me libera me.
Eripe me de operantibus
iniquitatē: et de viris ſangui
num ſalua me.
Quia ecce ceperunt animā
meā: irruerūt in me fortes.
Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ
peccatū meū domine: ſine in-
iquitate cucurri ⁊ direxi.
Exurge in occurſum meum
et vide: et tu domine deꝰ vir-

tutum deus iſrael.
Intende ad viſitandas oēs
gētes: nō miſerearis oībus
qui operanť iniquitatem.
Conuertenť ad veſperam.
⁊ famem pacienť vt canes: et
circuibunt ciuitatem.
Ecce loquenť in ore ſuo et
gladius in labijs eorū: quo-
niā quis audiuit.
Et tu domīe deridebis eos:
et ad nihilū deduces omnes
gentes.
Fortitudinem meam ad te
cuſtodiā. quia de⁹ ſuſceptor
meus es: deus meus miſeri-
cordia eius p̄ueniet me.
Deus oſtendit mihi ſuper
inimicos meos ne occidas
eos: nequando obliuiſcātur
populi mei.
Diſperge illos in virtute
tua: et depone eos protector
meus domine.
Delictum oris eorū ſermo-
nem labiorū ipſorū: et cōpre
hendanť in ſupbia ſua.
Et de execratione et men-
datio annunciabunť in con-
ſumatione: in ira conſuma-
tionis et nō erunt.
Et ſcient quia deus dñabiť
iacob: et finiū terre.
Conuertenť ad veſperam
et famem pacienť vt canes:
et circuibunt ciuitatem.
Ipſi diſpergenť ad mādu-
candū: ſi vero non fuerit ſa-
turati ⁊ murmurabunt.
Ego aūt cantabo fortitudi-
nem tuam: ⁊ exaltabo mane
miſericordiā tuā.
Quia factus es ſuſceptor
meus et refugium meum in
die tribulatiōis mee.
Adiutor meus tibi pſallam
quia deus ſuſceptor meus
es: deus meus miſericordia
mea. Gloria patri et filio.
Añ. Iuſte iudicate filij hominū

Ps. lix.

Deus repu-
liſti nos et deſtruxiſti
nos: iratus es et miſeratus
es nobis.
Commouiſti terrā et cōtur
baſti eam: ſana contritiones
eius quia cōmota eſt.
Oſtēdiſti pplo tuo dura: po
taſti nos vino cōpunctiōis.
Dediſti metuētib⁹ te ſignifi
cationē: vt fugiāt a facie arc⁹
Ut liberēť dilecti tui: ſaluū
fac dextera tua ⁊ exaudi me.
Deus locutus eſt in ſancto
ſuo. letabor et partibor ſici-
mam: et conuallem taberna
culorū metibor.
Meus eſt galaad et meus
eſt manaſſes: et effraym for-
titudo capitis mei.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iuda rex meus: moab olla ſpei mei.

In ydumeam extendã calciamẽtũ meum: mihi alienigene ſubditi ſunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vſqꝫ in ydumeam.

Nonne tu deus qui repuliſti nos: et nõ egredieris deꝰ in virtutibꝰ noſtris.

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.

In deo faciemus virtutem: et ipſe ad nihilũ deducet tribulantes nos. Ps. lx.

Exaudi deus deprecationem meam: intẽde orationi mee.

A finibus terre ad te clamaui: dum anxiaretur cor meũ in petra exaltaſti me.

Deduxiſti me qa factus es ſpes mea: turris fortitudĩs a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: ꝓtegar in velamento alarũ tuarũ.

Qm̃ tu deꝰ meus exaudiſti orationẽ meã: dediſti hereditatem timentibꝰ nomẽ tuũ.

Dies ſup dies regis adijcies annos eiꝰ: vſqꝫ in diẽ generatiõis ⁊ generatiõis.

Permanet in eternũ in conſpectu dei: miſericordiã ⁊ veritatem eiꝰ quis requiret

Sic pſalmũ dicam nomini tuo in ſeculũ ſeculi: vt reddã vota mea de die in diẽ.

Gloria patri. An. Da nobis domine auxilium de tribulatiõe.

Nonne deo Ps. lxi. ſubiecta erit aĩa mea: ab ipſo enĩ ſalutare meũ.

Nã et ipſe deus meꝰ ⁊ ſalutaris meus: ſuſceptor meꝰ non mouebor amplius.

Quouſqꝫ irruitis in hominem interficitis vniuerſi vos. tanqꝫ parieti inclinato: ⁊ macerie depulſe.

Verũtamẽ preciũ meũ cogitauerũt repellere cucurri in ſiti ore ſuo bñdicebant: et corde ſuo maledicebant.

Verumtamẽ deo ſubiecta eſto anima mea: quoniã ab ipſo pacientia mea.

Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluator meus: adiutor meꝰ nõ emigrabo.

In deo ſalutare meũ ⁊ gloria mea: deus auxilij mei et ſpes mea in deo eſt.

Sperate in eo om̃is cõgregatio populi: effundite corã illo corda veſtra: deus adiutor noſter in eternũ.

Verũtamen vani filij ho-
minũ mẽdaces filij hominũ
in ſtateris: vt decipiãt ipſi de
vanitate in idipm.
Nolite ſperare in iniquita-
te et rapinas nolite concupi-
ſcere: diuitie ſi affluant nolite
cor apponere.
Semel locutus eſt de⁹ duo
hec audiui: quia poteſtas dei
eſt ⁊ tibi domĩe miſericordia:
quia tu reddis vnicuiq3 iux-
ta opera ſua. Pſ. lxiij.
Exaudi de⁹ orõnẽ meã
cũ dep̃cor: a timorẽ in-
imici eripe animã meã.
Proteriſti me a conuentu
malignantiũ: a multitudine
operantiũ iniquitatẽ.
Quia exacuerunt vt gladiũ
linguas ſuas. intenderũt ar-
cũ rem amarã: vt ſagittẽt in
occultis immaculatũ.
Subito ſagittabũt eũ et nõ
timebunt: firmauerunt ſibi
ſermonẽ nequã.
Narrauerunt vt abſconde-
rent laqueos: dixerunt quis
videbit eos.
Scrutati ſunt iniq̃tates: de-
fecerũt ſcrutãtes ſcrutinio.
Accedat homo ad cor altũ:
et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorũ facte ſũt
plage eorum: et infirmate ſũt
contra eos lingue eorum.
Conturbati ſunt oẽs q̃ vide-
bãt eos: ⁊ timuit omĩs hõ.
Et annunciauerũt opa dei:
et facta ei⁹ intellexerũt.
Letabit̃ iuſtus in domĩo et
ſperabit in eo: ⁊ laudabũtur
omẽs recti corde. Gloria.
Añ. A timore inimici eripe do-
mine animã meã. Pſ. lxv.
Iubilate deo oĩs terra
pſalmũ dicite nomini
eius: date gloriã laudi eius.
Dicite deo q̃3 terribilia ſunt
opera tua domine: in multi-
tudine virtutis tue mentien-
tur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te et
pſallat tibi: et pſalmũ dicat
nomini tuo.
Venite et videte opera dei:
terribilis in conſilijs ſuper
filios hominũ.
Qui conuertit mare in ari-
dã in flumine pertrãſibũt pe-
de: ibi letabimur in ipõ.
Qui dominat̃ in virtute ſua
ĩeternũ: oculi ei⁹ ſuper gen-
tes reſpiciũt: qui exaſperant
nõ exaltent̃ in ſemetipis.
Bñdicite gẽtes deũ nr̃m: et
auditã facite vocẽ laudis ei⁹
Qui poſuit animã meã ad
vitam: et nõ dedit in cõmotio-
nẽ pedes meos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quoniã probaſti nos deus
igne nos examinaſti: ſicut ex-
aminaẗ argentũ.
Induxiſti nos in laqueum
poſuiſti tribulationes in dor
ſo noſtro: impoſuiſti homi-
nes ſuper capita noſtra.
Tranſiuimus p ignẽ ⁊ aquã
et eduxiſti nos in refrigeriũ.
Introibo in domũ tuã in ho
locauſtis: reddam tibi vota
mea q̃ diſtinxerũt labia mea.
Et locutũ eſt os meũ: in tri-
bulatione mea.
Holocauſta medullata offe
rã tibi cum incenſo arietum:
offerã tibi boues cũ hircis.
Venite audite et narrabo
om̃es qui timetis deũ: quãta
fecit anime mee.
Ad ipm ore meo clamaui: ⁊
exultaui ſub lingua mea.
Iniquitatẽ ſi aſpexi in cor-
de meo: nõ exaudiet dñs.
Propterea exaudiuit de⁹: ⁊
attẽdit voci depcatiõis mee.
Benedict⁹ de⁹ qui nõ amo-
uit orationẽ meã: ⁊ miſericor
diam ſuã a me. Ps̃.lxvij.
Exurgat de⁹ ⁊ diſſipenẗ
inimici ei⁹: ⁊ fugiant q̃
oderunt eũ a facie eius
Sicut defecit fum⁹ deficiãt:
ſicut fluit cera a facie ignis
ſic pereãt pctõres a facie dei.
Et iuſti epulentur et exultẽt
in conſpectu dei: ⁊ delectentur
in leticia.
Cantate dño pſalmũ dicite no
mini ei⁹: iter facite ei q̃ aſcen-
dit ſup occaſuz dñs nomẽ illi
Exultate in ↄſpectu ei⁹ tur-
babunẗ a facie ei⁹ patres or-
phanorũ: ⁊ iudices viduarũ
Deus in loco ſancto ſuo: de⁹
qui inhabitare facit vnius
moris in domo.
Qui educit vinctos in forti-
tudine. ſil'r eos q̃ exaſperant:
qui habitãt in ſepulchris.
Deus cũ egredieris in con
ſpectu populi tui: cum ptran
ſieris in deſerto.
Terra mota eſt etenim celi
diſtillauerunt a facie dei ſi-
nay: a facie dei iſrael.
Pluuiã volũtariã ſegrega-
bis de⁹ hereditati tue ⁊ infir-
mata eſt: tu vero pfeciſti eã.
Animalia tua habitabunt
in ea: paraſti in dulcedĩe tua
pauperi deus.
Dñs dabit verbũ euãgeli-
ſantib⁹: virtute multa.
Rex virtutũ dilecti dilecti: et
ſpeciei dom⁹ diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios
cleros penne columbe dear-
gentate: et poſteriora dorſi
eius in pallore auri.

Nō diſcernit celeſtis reges
ſup eā niue dealbabunt in ſel
mon:mons dei mōs pinguis
Mons coagulatus mons
pinguis: vt quid ſuſpicami-
ni mōtes coagulatos.
Mons in quo beneplacitū
eſt deo habitare in eo:etenim
dn̄s habitabit in finē.
Currus dei decē milib⁹ mul-
tiplex milia letantiū: dn̄s in
eis in ſyna in ſancto.
Aſcendiſti in altum cepiſti
captiuitatem: accepiſti dona
in hominibus.
Etenim nō credētes: inha-
bitare dominū deum.
Bn̄dictus dn̄s die quotti-
die ꝓſperū iter faciet nobis:
deus ſalutariū noſtrorū.
Deus nr̄ de⁹ ſaluos faciēdi:
⁊ dn̄i dn̄i exitus mortis.
Verūtamen deus confrin-
get capita inimicorū ſuorū:
verticem capilli ꝑambulan-
tium in delictis ſuis.
Dixit dn̄s ex baſan ꝯuertā:
cōuertā in ꝓfundū maris.
Vt intinguat pes tuus in
ſanguine: lingua canū tuorū
ex inimicis ab ipō.
Viderunt ingreſſus tuos
deus. ingreſſus dei dei: regis
mei qui eſt in ſancto.
Preuenerūt principes ꝯiun
eti pſallētib⁹: in medio iuuē-
cularū tympaniſtriarū
In eccleſijs bn̄dicite deo:
domino de fontib⁹ iſrael,
Ibi beniamin adoleſcentu-
lus: in mentis exceſſu.
Principes iuda duces eo-
rū: principes zabulon ⁊ prin
cipes neptalim.
Manda deus virtuti tue:
confirma hoc deus qd̄ ope-
ratus es in nobis.
A templo tuo in hieruſalē:
tibi offerēt reges munera.
Increpa feras harundinis
cōgregatio thaurorū in vac-
cis pplorū: vt excludant eos
qui ꝓbati ſunt argento.
Diſſipa gentes que bella
volunt. veniēt legati ex egip-
to: ethiopia preueniet man⁹
eius deo.
Regna terre cantate deo:
pſalllite domino.
Pſallite deo qui aſcēdit ſup
celū celi: ad orientem.
Ecce dabit voci ſue vocem
virtutis. date gloriam deo ſu
per iſrael: magnificētia eius
et virtus ei⁹ in nubib⁹.
Mirabilis deus in ſanctis
ſuis: deus iſrael ipē dabit vir
tutē ⁊ fortitudinē plebi ſue:
benedictus deus.
Gloria. An̄. In eccleſijs be-

nedicite dn̄o. ℣. Deus vitā meā
annunciaui tibi. Poſuiſti lachry
mas meas in cōſpectu tuo. Bn̄
dictiōes ⁊ lcōnes vt in bre-
uiario. ℣. an̄ laudes. Oſtēde
nobis dn̄e. vts̄ feria ſcd̄a. Ad
lau. ps̄. Miſerere mei deus.
vts̄ fe. ſcd̄a. An̄. Amplꝰ laua
me deꝰ ab iniq̄tate mea ps̄. lxiiij

Te decet hymnꝰ deus
in ſyon: ⁊ tibi reddet
votū in hieruſalē.
Exaudi orationē meam: ad
te om̄is caro veniet.
Verba iniquorū preualue-
rūt ſup nos: ⁊ impietatibus
noſtris tu ꝓpiciaberis.
Beatꝰ q̄ elegiſti ⁊ aſſump
ſiſti: habitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis do-
mus tue: ſanctū eſt tēplū tuū
mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſaluta-
ris noſter: ſpes omniū finiū
terre ⁊ in mari longe.
Preparans montes in vir-
tute tua accinctus potentia
qui cōturbas profundū ma-
ris: ſonū fluctuū eius.
Turbabuntur gentes et ti-
mebūt qui inhabitāt termi-
nos a ſignis tuis: exitus ma-
tutini ⁊ veſpe delectabis.
Viſitaſti t'rā ⁊ inebriaſti eā
multiplicaſti locupletare eā.
Flumen dei repletū eſt aq̄s
paraſti cibū illorum q̄m̄ ita
eſt preparatio eius.
Riuos eius inebriās mul-
tiplica genimina eiꝰ: in ſtilli-
cidijs eiꝰ letabit' germinās.
Benedices corone anni be-
nignitatis tue: ⁊ campi tui re
plebunt' vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſer-
ti: ⁊ exultatione colles accin-
gentur.
Induti ſunt arietes ouium
et valles abundabunt fru-
mento: clamabūt etem̄ hym-
nū dicent. Gloria patri ⁊ fi.
An̄. Te decet hymnꝰ deꝰ in ſyon
Ps̄. Deus deꝰ meꝰ. An̄. In
noīe tuo dn̄e leuabo manꝰ meas.
Canticū Anne. j. Regū. ij.

Exultauit cor meum in
dn̄o: ⁊ exaltatū eſt cor-
nu meū in deo meo.
Dilatatū eſt os meū ſup in-
imicos meos: q̄a letata ſum
in ſalutari tuo.
Non eſt ſanctus vt eſt do-
minus: neq̄ enim eſt alius
extra te: et non eſt fortis ſicut
deus noſter.
Nolite multiplicare loqui:
ſublimia gloriātes.
Recedāt vetera de ore vr̄o.
quia deꝰ ſcientiarū dn̄s: ⁊ ipi
ꝑparant' cogitatiōes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arcus fortiū ſuperat⁹ eſt:
et infirmi accīcti ſunt robore
Repleti prius pro panibus
ſe locauerunt: et famelici ſa-
turati ſunt.
Donec ſterilis peperit pluri
mos: ⁊ que multos habebat
filios infirmata eſt.
Dn̄s mortificat ⁊ viuificat:
deducit ad inferos ⁊ reducit.
Dn̄s pauperē facit ⁊ ditat:
humiliat ⁊ ſublimat.
es tu: exaudi domine vocem
deprecationis mee.
Domine domine virtus ſa-
lutis mee: obumbraſti ſuper
caput meū in die belli.
Non tradas me domīe deſi
rio meo pctōri. cogitauerūt
cōtra me ne derelinquas me:
ne forte exaltentur.
Caput circuit⁹ eorū labor
labiorū ipſorū operiet eos.
Cadent ſuper eos carbo-
nes in ignem deijcies eos: in
miſerijs nō ſubſiſtent.
Vir linguoſus non diriget
in terra: virū iniuſtum mala
capient in interitu.
Cognoui quia faciet domi
nus iudiciū inopis: et vindi-
ctam pauperum.
Uerūtamen iuſti confitebū
tur nomini tuo: et habitabūt
recti cum vultu tuo.
Gloria patri **An.** A viro in-
iquo libera me domine. **Ps. cxl.**
DOmine clamaui ad
te exaudi me inten-
de voci mee cum clamaue-
ro ad te.
Dirigat oratio mea ſicut in
cenſum in cōſpectu tuo: ele-
uatio manuum mearū ſacri-
ficium veſpertinum.
Pone domine cuſtodiam
ori meo: et oſtium circūſtan-
tie labijs meis.
Non declines cor meum in
vba malitie: ad excuſandas
excuſatiōes in peccatis.
Cum hominibus operātib⁹
iniquitatem: et non cōmuni-
cabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtus in mi-
ſericordia et increpabit me:
oleum autē pctōris non im-
pinguet caput meū.
Qm̄ adhuc et oratio mea in
bn̄placitis eoꝝ: abſorpti ſunt
iuncti petre iudices eorum.
Audiēt verba mea qm̄ po-
tuerunt: ſicut craſſitudo ter-
re erupta eſt ſup terrā.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra
ſecus infernū quia ad te dn̄e
domīe oculi mei in te ſperaui
nō auferas animā meā.
Cuſtōdi me a laqueo quem
ſtatuerunt mihi: et a ſcanda-
lis operātiū iniquitatem.
Cadent in rheciaculo eius
peccatores: ſingulariter ſum
ego donec tranſeam.
Gloria patri. **An.** Dn̄e cla-
maui ad te exaudi me **Ps. cxli**
VOce mea ad dominū
clamaui: voce mea ad
dominū dep̄catus ſum.

Effundo in conſpectu eius
orōnem meā: ⁊ tribulationē
meā ante ipm ꝓnuncio.
In deficiendo ex me ſpiritū
meum: et tu cognouiſti ſe-
mitas meas.
In via hac qua ambulabā:
abſcōderūt ſupbi laqueū mihi
Conſiderabam ad dexterā
⁊ videbam: et non erat qui
cognoſceret me.
Periit fuga a me: ⁊ non eſt
qui requirat animā meā.
Clamaui ad te dn̄e. dixi tu
es ſpes mea: portio mea in
terra viuentiū.
Intende ad deprecationem
meā: qa hūiliat⁹ ſum nimis.
Libera me a pſequētib⁹ me
qa cōfortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animam
meā. ad confitendū nomini
tuo: me expectant iuſti donec
retribuas mihi. Glia. An̄.
Porcio mea dn̄e ſit in terra viuen
tiū. Hym. nō dicit ferialib⁹
diebus. Cap. v. Sup măgt
an̄. Col. et ſuffra. ſimili mō
vtſ dictū eſt. Sabbato ad
vſ. Pater nr̄. Aue ma. Xp̄e
audi nos. Veſptina orō. Deus
in adiutoriū meū. omnia vtſ.
Benedict⁹ Pſ. cxliii.
dn̄s de⁹ meus q̄ docet
man⁹ meas ad preliū: ⁊ digi
tos meos ad bellū.
Miſericordia mea et refu-
gium meū: ſuſceptor meus ⁊
liberator meus.
Protector meus et in ipſo
ſperaui: qui ſubdis populū
meum ſub me.
Domine quid eſt homo qa
innotuiſti ei: aut filius homi
nis quia reputas eum.
Hō vanitati ſilis factus eſt:
dies ei⁹ ſicut vmbra ꝑteriit
Domine inclina celos tuos
⁊ deſcende: tange montes et
fumigabunt.
Fulgura chorruſcationē et
diſſipabis eos: emitte ſagit-
tas tuas ⁊ cōturbabis eos.
Emitte manū tuam de al-
to. eripe me ⁊ libera me de aqs
multis: et de manu filiorum
alienorum.
Quorum os locutū eſt va-
nitatem: et dextera eorū dex-
tera iniquitatis.
Deus canticū nouū canta-
bo tibi: in pſalterio decacor-
do pſallam tibi.
Qui das ſalutem regib⁹ q̄
redemiſti dauid ſeruū tuū de
gladio maligno eripe me
Et erue me de manu filiorū
alienorū: quorū os locutum
eſt vanitatem: ⁊ dextera eorū
dextera iniquitatis.

Quorum filij ſicut nouelle
plātatiōes:in iuuentute ſua.
Filie eorū cōpoſite:circum
ornate vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena
eructātia ex hoc in illud.
Oues eorum fetoſe abūdā-
tes in greſſibus ſuis boues
eorum craſſe.
Non eſt ruina macerie ne-
q; tranſitus :neq; clamor in
plateis eorum.
Beatū dixerunt populū cui
hec ſunt beatus populꝰ cuiꝰ
dominꝰ deus eius. Gloria.
Añ. Benedictꝰ dñs deus meus
Exaltabo te Pſ. cxliiij.
deus meus rex ⁊ bene
dicam nomini tuo in ſeculū:
et in ſeculum ſeculi.
Per ſingulos dies benedi-
cam tibi ⁊ laudabo nomen
tuū in ſclm:⁊ in ſeculū ſeculi.
Magnus dominꝰ ⁊ lauda
bilis nimis:⁊ magnitudinis
eius nō eſt finis.
Generatio ⁊ generatio lau-
dabit opera tua : ⁊ potentiā
tuam pnunciabit.
Magnificentiā glorie ſan-
ctitatis tue loquent̄: ⁊ mira-
bilia tua narrabunt.
Et virtutem terribiliū tuo-
rum dicent:et magnitudinē
tuam narrabunt.

Memoriā abundantie ſua-
uitatis tue eructabunt : ⁊ iu-
ſticia tua exultabunt.
Miſerator ⁊ miſericors do
minus :patiens et multum
miſericors.
Suauis dominꝰ vniuerſis:
et miſerationes eius ſup om
nia opera eius.
Confiteant̄ tibi domine om
nia opera tua:et ſancti tui be
nedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent:
et potentiā tuā loquent̄.
Ut notā faciāt filijs homi-
nū potentiā tuā : et gloriam
magnificētie regni tui.
Regnū tuū regnū oīm ſe-
culorū:⁊ dñatio tua in omni
generatiōe ⁊ generationem.
Fidelis dominꝰ in oībus
verbis ſuis: ⁊ ſanctus in oī-
bus operibus ſuis.
Alleuat dñs oēs qui cor-
ruunt:et erigit oēs eliſos.
Oculi omniū in te ſperant
domine:et tu das eſcam illo-
rum in tēpore oportuno.
Aperies tu manū tuam : et
imples oēe anīal bñdictiōe.
Iuſtus dominus in omni-
bus vijs ſuis: et ſanctus in
oībus operibus ſuis
Prope eſt dominus oībus
inuocantibꝰ eum : oībꝰ in-

uocãtibus eum in veritate.

Voluntatē timentiū ſe faciet. ⁊ deprecationē eorū exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos.

Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe: ⁊ oīēs peccatores diſperdet.

Laudationem dñi loquet̃ os meum ⁊ benedicat oīs caro nomini ſancto eius in ſeculū: et in ſeculū ſeculi.

Glã pr̄i. Añ. In eternū dñe et in ſeculum ſeculi. Ps. cxlv.

Lauda anima mea dominū. laudabo dominum in vita mea: pſallā deo meo q̃diu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filijs hoīm in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpūs eius ⁊ reuertet̃ in terrā ſuam: in illa die peribunt oēs cogitatiōes eorum.

Beatus cuius deus iacob adiutor eius ſpes eius in domino deo ipſius qui fecit celum ⁊ terram mare: ⁊ omnia que in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatē in ſeculū: facit iudiciū in iuriã patientib⁹: dat eſcā eſurientibus.

Dñs ſoluit compeditos: dominus illuminat cecos.

Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.

Dñs cuſtodit aduenas pupillū ⁊ viduā ſuſcipiet: ⁊ vias peccatorū diſperdet.

Regnauit dñs in ſecl'a deus tu⁹ ſyon: in generatiōe ⁊ generationē. Gloria pa. Añ. Laudabo deū meum in vita mea

Laudate Ps. cxlvi. dñm qm̃ bon⁹ ē pſalmus deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio.

Edificās ierl'm dñs: diſperſiōes iſrael cōgregabit.

Qui ſanat cōtritos corde: ⁊ alligat cōtritiōes eorū.

Qui numerat multitudinē ſtellarum: et oībus eis nomina vocans.

Magnus dñs noſter ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapientie eius nō eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos dominus: humiliās aūt peccatores vſq; ad terram.

Precinite dño in confeſſiōe: pſallite deo nr̃o in cythara.

Qui operit celum nubib⁹: et parat terre pluuiā.

Qui pducit in montib⁹ fenū: ⁊ herbā ſeruituti hoīm.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: et pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: neq; in ty-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bijs viri bn̄placitum erit ei.

Beneplacitū eſt domīo ſup timētes eum: ⁊ in eis quiſpe rant ſuper miſcdia eius.

Gloria pa. An̄. Deo noſtro iocūda ſit laudatio. Ps.cxlvij.

Lauda ihern̄ dn̄m: lauda deū tuum ſyon.

Quoniā confortauit ſeras portarū tuarum: benedixit fi lijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacē et adipe frumēti ſaciat te.

Qui emittit eloquiū ſuū ter re: velociter currit ſermo ei⁹

Qui dat niuē ſicut lanā: ne bulam ſicut cinerē ſpargit.

Mittit criſtallū ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigo ris eius quis ſuſtinebit.

Emittet verbum ſuum et li quefaciet ea: flabit ſpūs eius et fluent aque.

Qui annūciat verbum ſuū iacob: iuſticias et iudicia ſua iſrael.

Non fecit taliter om̄i natio ni: ⁊ iudicia ſua nō manifeſta uit eis. Gloria patri et filio.

An̄. Benedixit filijs tuis in te.

O Lux beata tri Hym. nitas. ⁊ pūcipalis vni tas. iam ſol recedit igne⁹ in funde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine te deprecemur veſpere: te no ſtra ſupplex gloria. per cun cta laudet ſecula.

Deo patri ſit gloria eiuſq̃ ſoli filio. cū ſpiritu paraclito et nūc ⁊ imperpetuū Amen.

Regi ſeculorum Cap. imortali inuiſibili ſoli deo honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorū amē. Deo gr̃as. ℣.

Veſptina oīo aſcēdat ad te dn̄e.

Et deſcēdat ſup nos miſcdia tua.

Nota q̄ an̄e ps̄ p̄dicti ca pitulū ⁊ ℣. dicunt ad vs̄ p totū annū ſingl'is dieb⁹ ſab batinis a dn̄ica p̄ma poſt octauas corpis xp̄i vſq̃ ad uentū dn̄i. et a dn̄ica p̄ma poſt octās epiphanie dn̄i vſq̃ dn̄icam primā q̄drage ſime. niſi feſtū vel plenū offi ciū alicui⁹ ſcti ſit. Et ſi ſab bato occurrerit feſtū vel ple nū officiū. ſcde veſpe dicunt de ſctō. et vna an̄. ſuffraget de dn̄ica inſtante. An̄. ſuper mḡt. require de hiſtoria in breuiario. ſimiliter et colle ctam de dn̄ica ex breuiario recipe prout occurrit. Can ticum Marie Luce pmo ca.

Magnificat anīa mea dominum.

Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia reſpexit hūilitatē ancille ſue: ecce em̄ ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.
Quia fecit mihi magna qui potēs eſt: ⁊ ſctm̄ nomē eius.
Et miſcdia eius a ꝓgenie in ꝓgenies: timētibus eum.
Fecit potētiam in brachio ſuo: diſperſit ſupbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis et diuites dimiſit inanes.
Suſcepit iſrael puerū ſuū: recordatus miſcdie ſue.
Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros: abraham et ſemini eius in ſecula. Gloria patri

Nota pmiſſo mō ſingulis dieb⁹ ſabbatinis ad vš ſeruat. Et ſuffra. nulla dicunt.

Ad cōpletoriū. Ps. iiij

Cum inuocarem exaudiuit me deus iuſticie mee: in tribulatione dilataſti mihi.
Miſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.
Filij hoīm vſqꝫquo graui corde: vt quid diligitis vanitatem ⁊ q̄ritis mendaciū.
Et ſcitote qm̄ mirificauit dominꝰ ſctm̄ ſuū: dn̄s exaudiet me cū clamauero ad eū.
Iraſcimini ⁊ nolite peccare que dicitis in cordibus veſtris: et in cubilibus veſtris compūgimini.
Sacrificate ſacrificium iuſticie et ſperate in domino: multi dicunt quis oſtendit nobis bona.
Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti leticiā in corde meo.
A fructu frumenti: vini et olei ſui multiplicati ſunt.
In pace in idipm̄: dormiā ⁊ requieſcam.
Quoniā tu domine ſingulariter in ſpe: cōſtituiſti me.
Gloria patri et filio.

In te domine ſperaui nō confundar ineternū: in iuſticia tua libera me. Ps. xxx.
Inclina ad me aurē tuam: accelera vt eruas me.
Eſto mihi in deum ꝓtectorem: et in domum refugij vt ſaluum me facias.
Quoniā fortitudo mea et refugium meū es tu: ⁊ propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quē abſconderunt mihi qm̄ tu es protector meus.
In manus tuas cōmendo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpiritū meum. redemiſti me dñe deus veritatis.

Gloria patri et. Pſ.xc.

QVi habitat in adiuto rio altiſſimi: in ꝓtecti one dei celi cōmorabit᷑.

Dicet dño ſuſceptor meus es tu: et refugiū meum deus meus ſperabo in eum.

Qm̄ ipe liberauit me de la- q̄o venātiū: ⁊ a v̄bo aſpero.

Scapulis ſuis obūbrabit ti bi: ⁊ ſub pēnis eiꝰ ſperabis.

Scuto circumdabit te veri tas eius: non timebis a timo re nocturno.

A ſagitta volante in die a ne gocio perambulante in tene- bris: ab incurſu et demonio meridiano.

Cadēt a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropinquabit.

Verūtamen oculis tuis cō ſiderabis: et retributionem peccatorū videbis.

Qm̄ tu es dñe ſpes mea: al- tiſſimū poſuiſti refugiū tuū.

Non accedat ad te malum: et flagellū nō appropinqua- bit tabernaculo tuo.

Qm̄ angelis ſuis manda- uit de te: vt cuſtodiant te in oībus vijs tuis.

In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidē pedem tuum.

Super aſpidem ⁊ baſiliſcū ambulabis: et conculcabis leonem ⁊ draconem.

Qm̄ in me ſperabit libera- bo eum: ꝓtegā eum qm̄ cog- nouit nomen meū.

Clamauit ad me et ego ex- audiā eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierū reple- bo eum: et oſtendam illi ſalu tare meum. Pſ.cxxxiij.

ECce nūc bn̄dicite dño: omnes ſerui domini.

Qui ſtatis in domo dn̄i: in atrijs domus dei noſtri.

In noctibus extollite ma- nus veſtras in ſancta: et be- nedicite domino.

Benedicat te dn̄s ex ſyon: qui fecit celum ⁊ terram.

Glia pa An̄. extra .lxx. Alla ſemel. Sed a dñica .lxx. vſqꝫ feſtū paſce dicet᷑ ſp Laus tibi dñe rex eterne glīe. Hym. diebus ſabbatis.

IHeſu redēptor ſeculi verbū pr̄is altiſſimi. lux lucis inuiſi bilis cuſtos tuorū ꝑuigil.

Tu fabricator omniū diſcre tor atqꝫ tēporū. feſſa labore corpa. noctis quiete recrea.

Te deꝑcamur supplices vt nos ab hoste liberes. ne valeat seducere tuo redēptos sanguine.
Ut dū graui in corpe breui manem⁹ tpe. sic caro nr̄a dormiat vt mens soporē nesciat.
Sit xp̄e rex piissime tibi patriq; glīa cū spū paraclito et nūc ⁊ inꝑpetuū Amē. Nota p̄dictus hymn⁹ singlis diebus sabbatinis p totū annū. Et reliqui sequētes suis appropriatis dieb⁹ dicunt ad cōpletoriū siue de tpe siue de sctis hore seruant. nisi ratiōe festi alicuius venerit seruād⁹ vt in aduētu natiuitatis ⁊ epiphanie dn̄i. nec nō infra pasca ⁊ octauā penthecostes. ac p octāȝ corpis xp̄i. et de btā maria v̄gine. Nota hymn⁹ sequens dicit dieb⁹ dn̄icis. tertijs et quintis ferijs ad cōpleto.
Te lucis ante terminū rerum creator poscimus: vt solita clementia sis presul ad custodiam.
Procul recedant somnia: ⁊ noctium fantasmata hostemq; nostrum cōprime ne polluantur corpora.
Presta pater oīs per ihm xp̄m dn̄m qui tecū inperpetuū regnat cū sctō spū. Amē. Hymn⁹ sequēs canit secundis quartis ⁊ sextis ferijs
Christe q ad cōpleto. lux es ⁊ dies noctis tenebras detegis. lucisq; lumē crederis. lumē btm̄ p̄dicās.
Precamur scte dn̄e. defende nos in hac nocte. sit nob in te requies quietā noctem tribue.
Ne grauis somnus irruat. nec hostis nos surripiat. nec caro illi consentiēs nos tibi reos statuat.
Oculi somnū capiāt cor ad te semp vigilet. dextera tua ptegat famulos q te diligunt.
Defensor nr̄ aspice. insidiantes repme. guberna tuos famulos q̄s sanguīe mercat⁹ es
Memēto nr̄i dn̄e. in graui isto corpe: q es defensor anie adesto nobis domine.
Deo pr̄i sit glīa eiusq; solifilio cū spiritu paraclito ⁊ nūc et inperpetuū. Amē. Cap.
Pacē ⁊ veritatem atq; iusticiā diligite ait dominus omnipotēs. Deo grās
℣. Custodi nos domine vt pupillā oculi. Sub vmbra alarum tuarū ꝓtege nos. Nota p̄dictum capl'm et etiā ℣. immediate dict⁹ dicunt singulis dieb⁹ tam dn̄icis q̄ ferialis

bus ſiue de tpe ſiue de ſanctꝭ hore canent ad cõpletoriũ. niſi occaſione alicuius feſti aliter ſignatũ repereris. vt in aduẽtu natiuitatis ⁊ epiphanie dñi. et paſce ac in feſtis glorioſe vginis marie et ſimilib⁹. Cãticũ Symeonis Luce. ij.

Nunc dimittis ſeruũ tuũ domine ſm verbũ tuu in pace.

Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

Quod paraſti: ante faciem omniũ populorũ.

Lumen ad reuelationẽ gentiũ: et gloriã plebis tue iſrl'.

Gloria pri. Añ. ſup nũc dimittis dieb⁹ ſabbatinis Vigila ſup nos eterne ſaluator. ne nos apphendat calidus tẽptator quia tu nobis fact⁹ es ſempiternus adiutor. Añ. ſequẽs cantur dñicis dieb⁹ ſup nũc di. Pacem tuã queſumus dñe. ⁊ pax tua xpe maneat in mẽtib⁹ noſtris vt nõ timeam⁹ a timore nocturno. ſed ſemp vigilem⁹ cunctis in opibus mãdatorũ tuorũ. Añ. ſequẽs dicit oĩbus ferialibus dieb⁹ ſup nũc dimittis Salua nos dñe vigilantes. cuſtodi nos dormiẽtes vt vigilemus cum xpo. ⁊ requieſcam⁹ in pace. Preces iſto mõ dicte añe ſup nũc dimittis ſeruent. niſi aliter ratiõe feſti obſeruãdum fuerit. Et ſtatim poſt añ. dicet. Kirieleiſon. ſemel Xpeileyſon. ſemel Kirieleiſon ſemel Pater noſter. Aue maria. q̃bus finitis Et ne nos inducas in temptationẽ. Sed libera nos a malo. Deinde. In pace in idipm: dormiã ⁊ requieſcã. Credo in deũ. quo finito dic ſtatim. Carnis reſurrectionẽ. Et vitã eternam Amen. Preces. Benedicam⁹ patrẽ et filiũ cum ſancto ſpũ. Laudemus ⁊ ſuperaltem⁹ eũ in ſecula. Benedict⁹ es domine in firmamento celi. Laudabilis et glorioſus et ſuperaltatus in ſecula. Benedicat et cuſtodiat nos pater eternus. Amen. Dignare domine nocte iſta. Sine peccato nos cuſtodire. Miſerere noſtri domine. Miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua domine ſup nos. Quẽadmodũ ſperauim⁹ in te. Nota quando preces minores dicunt hic debent interſeri. Domine deus virtutũ conuerte nos. Et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Domine exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. Domin⁹ vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Illumina q̃s Colla.
dñe tenebras nr̃as: et
toti⁹ hui⁹ noctis insidias tu
a nobis repelle ꝓpici⁹: ſalua
nos oẽs pater ⁊ lucẽ tuã no-
bis cõcede ꝑpetuã: ⁊ pacem
tuã nr̃is ꝯcede tp̃ib⁹. Et nos
indignos famulos tuos ab
omni aduerſitate cuſtodi: et
ab eccl̃ia tua cũctam repelle
nequiciã. Per dñm nr̃m ihm
xp̃m filiũ tuũ. qui tecũ viuit
et regnat in vnitate ſpũſſcti
de⁹. p oĩa ſcl'a ſcl'orũ Amen.
Dñs vo. Et cũ. Bñdicam⁹
dño. Deo gr̃as. Et aĩe oĩm
fideliũ defunctorũ p piã miſe
ricordiã dei requeſcãt in pace.

Sequunt̃ ſeptẽ ps̃. peni-
tẽciales. Dñe ne in furore. j.
vts̃ fol. ij. Ps̃. Btĩ quorũ.
vts̃ fo. xiiij. Ps̃. Dñe ne in
furore ij. vts̃ fo. xv. Ps̃. Mi
ſerere mei. vts̃ folio. xv. Ps̃.
Dñe exaudi orõnẽ meã ⁊ cla.
vts̃ fo. xl. Ps̃. De ꝓfundis.
vts̃ fo. lxi. Ps̃. Dñe exaudi
orõnẽ meam auribus ꝑcipe.
vts̃ fo. xxxviij. q̃libet ps̃. dr
cũ Gl'ia pr̃i. q̃bus finitis dr
Añ. Ne reminiſcaris dñe deli-
cta noſtra vel parẽtũ nr̃orũ neqꝫ
vindictam ſumas de pctis nr̃is.

Kyrieleiſon. Xp̃eley-
ſon Kirieleyſon.
Xp̃e audi nos.
Pater de celis de⁹. miſe. nob̃
Fili redẽptor mũdi deus.
Miſerere nobis.
Qui es trinus ⁊ vnus deus
Miſerere nobis.
Ip̃e idẽqꝫ benigne de⁹. miſe
Sancta maria ora ꝓ no.
Sancte michael ora.
Sancte gabriel ora.
Sancte raphael ora.
Omnes ſancti angeli ⁊ ar-
changeli. orate ꝓ no.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte iohannes ora.
Sancte thoma ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte philippe ora.
Sancte bartholomee ora.
Sancte mathee ora.
Sancte ſymon ora.
Sancte thadee ora.
Sancte mathia ora.
Sancte luca ora.
Sancte marce ora.
Sancte barnaba ora.
Omnes ſancti apoſtoli et
euangeliſte orate ꝓ no.
Sancte ſtephane ora.
Sancte kyliane ora.

Sancte felix oꝛa.
Sancte philippe oꝛ.
Sancte feliciane oꝛ.
Sancte benedicte oꝛ.
Sancte alexander oꝛ.
Sancte corneli oꝛ.
Sancte cipriane oꝛ.
Sancte laurenti oꝛ.
Sancte hypolite oꝛ.
Sancte coſma oꝛ.
Sancte damiane oꝛ.
Sancte vite oꝛ.
Sancte iuſtine oꝛ.
Sancte quintine oꝛ.
Sancte georgi oꝛ.
Oēs ſcti martires oꝛate ꝑ.
Sancte hylari oꝛ.
Sancte martine oꝛ.
Sancte libori oꝛ.
Sancte maynulphe oꝛ.
Sancte nicolae oꝛ.
Sancte godeharde oꝛa.
Sancte gregori oꝛ.
Sancte auguſtine oꝛ.
Sancte ambroſi oꝛ.
Sancte hieronyme oꝛ.
Sancte benedicte oꝛ.
Sancte ſilueſter oꝛ.
Sancte leo oꝛ.
Sancte donate oꝛ.
Sancte aucberte oꝛ.
Sancte remigi oꝛ.
Sancte ſacer oꝛ.
Sancte felix oꝛ.
Oēs ſcti cōfeſſores. oꝛate ꝑ

Sancta felicitas oꝛ.
Sancta perpetua oꝛ.
Sancta petronilla oꝛ.
Sancta agathes oꝛ.
Sancta agnes oꝛ.
Sancta cecilia oꝛ.
Sancta lucia oꝛ.
Sancta anaſtaſia oꝛ.
Sancta ſaturnina oꝛ.
Sancta puſinna oꝛ.
Sancta margareta oꝛ.
Sancta brigida oꝛ.
Sancta barbara oꝛ.
Sancta walpurgis oꝛ.
Sancta katherina oꝛ.
Sancta vrſula oꝛ.
Sctā maria magdalena. oꝛ.
Oēs ſctē ṽgīes ⁊ vidue. oꝛ.
Propici⁹ eſto. parce no. do.
Propici⁹ eſto. liba nos dñe
Ab oī malo. libera nos dñe
Ab hoſte malo. li. nos dñe.
Ab ira tua. libera nos dñe.
A periculo mortis. libe. n. d.
A ſubitanea ⁊ īprouiſa moꝛte libera nos domine.
A moꝛte ꝑpetua lib. nos do.
Per crucē tuam li. nos do.
Pctōres. te roga. audi nos.
Ut pacē nobis dones. te ro.
Ut ſanitatē nob̄ dones. te.
Ut aeris temperiem nobis dones. te rogamus audi nos
Ut abundantiā frugum nobis dones. te roga. au. nos.

Vt dn̄m aplicū ⁊ oēs paſto
res eccl'ie in ſancta religione
cōſeruare digneris. te ro. au.
Vt regē nr̄m ꝑpetua ꝓſpe-
ritate cōſeruare digneris. te.
Vt antiſtitē nr̄m ⁊ cunctas
ↄgregatiōes illi commiſſa in
ſancta religione conſeruare
digneris. te rogamꝰ au. nos
Vt cunctū pplm̄ xp̄ianū p̄-
cioſo ſanguīe tuo redēptum
cōſeruare digneris. te roga.
Vt nos exaudire digner͛. te
Fili dei. te rogamꝰ au. nos.
Saluator mūdi. adiuua nos.
Agne dei qui tollis pctā mū
di. Dona nobis pacem.
Agne dei qui tollis pctā mū
di. parce nobis domine.
Agne dei qui tollis pctā mū
di. miſerere nobis:
Xp̄e audi nos. Kirieley-
ſon. Xp̄eleiſon. Kirieleiſō
Pater nr̄. Et ne nos. Eſto
nobis dn̄e turris fortitudīs
A facie inimici. Dn̄e exaudi
orōnē meā. Et cla. meꝰ ad te.
Ineffabilē miſcdiam
tuam nobis qn̄s dn̄e
clemēter oſtēde vt ſimul nos
⁊ a pctīs oībus eruas ⁊ a pe
nis quas pro his meremur
eripias. Per dominū.
Exaudi qm̄s dn̄e ſup-
plicū preces ⁊ cōfitenciū tibi
parce pctīs vt pariter nobis
indulgentiā tribuas benig-
nus et pacem. Per. Colla
Parce dn̄e parce pctīs
nr̄is ⁊ quāuis inceſſa
biliter delinquimꝰ cōtinua pe
na debeat. preſta qn̄s: vt qd̄
ad ꝑpetuū meremur exitiū
trāſeat ad correctōis auxiliū
Preces nr̄as q̄s Col.
dn̄e clementer exaudi
vt q̄ iuſte ꝓ pctīs nr̄is affli-
gimur ꝓ tui noīs glīa miſeri
corditer liberemur. P. Col.
Omp̄s ſempiterne deꝰ
dirige actꝰ nr̄os in be
neplacito tuo vt in noīe dile-
cti filij tui mereamur bonis
opibus abūdare. Per do. n.

**Incipiūt vigilie defuncto
rū.** Oremus ꝓ oībus fideli-
bus defunctis. Requiē eter-
nā dona eis dn̄e ⁊ lux ꝑpetua
luceat eis. Nota q̄ ad oēs
ps̄. dr̄. Requiē eternā dona.
An̄. Placebo dn̄o in regione vi-
uorū. Ps̄. Dilexi. fo. lix. An̄.
Heu mihi q̄a incolatꝰ meꝰ ꝓlon-
gatus eſt. Ps̄. Ad dn̄m fo. lix
An̄ Dn̄s cuſtodit te ab omi ma
lo cuſtodiat aīam tuā dn̄s. Ps̄.
Leuaui oculos. vts̄ fo. lix.
An̄. Si iniquitates obſeruaue-
ris dn̄e dn̄e quis ſuſtinebit. Ps̄.
De ꝓfundis fo. lxi. An̄. Opa

manuũ tuarum dñe ne despicias. Ps. Confitebor fo. lviij. Añ. Tuã deus deposcimus pietatẽ vt eis tribuere digneris lucidas et quietas mãsiões. Ps. Magnificat. fo. lxvi In. j. noc. añ. Dirige dñe de⁹ me⁹ in conspectu tuo viã meã. Ps. Verba mea ꝟtis fo. xvi. Añ. Cõuertẽ dñe ⁊ eripe aĩam meã qm̃ nõ est in morte qui memor sit tui. Ps. Dñe ne in furore. j. fo ij. Añ. Ne qñ rapiat vt leo aĩam meã dum nõ est q̇ redimat neq; qui saluum faciat. Ps. Dñe deus me⁹ in te spe. fo. ij. ꝟ. Dirige dñe deus me⁹. In cõspectu tuo viã meam. Pater nr̃. Et ne nos. Lcõ. j.

PArce mihi dñe. nihil enim sunt dies mei: Quid est hõ: q̄a magnificas eũ. Aut q̄d apponis erga eũ cor tuũ: Visitas eum diluculo: et subito ꝓbas illũ. Vsq; quo nõ parcis mihi: nec dimittis me. vt glutiã saliuã meã. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hoĩm: Quare me posuisti ꝯtrariũ tibi. et fact⁹ sum mihi metipsi grauis: Cur nõ tollis pctm̃ meũ et q̄re nõ aufers iniq̄tatẽ meã: Ecce nũc in puluere dormio. Et si mane me quesieris nõ subsistã. ℟. Manus tue dñe fecerunt me et plasmauerũt me totũ. ego aũt hõ natus de muliere breui viuẽs tpe peccaui iniquitatẽ feci. In cõspectu tuo. ꝟ. Dum veneris iudicare noli me cõdẽnare. ne gaudeat inimicus me⁹ super me. In.

TEdet animã. Lcõ. ij.

TEdet animã meã vite mee: dimittã aduersum me eloquiũ meũ. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita iudices: Nunq̄d bonũ tibi videtur si calumnieris me: et opprimas me: Opus manuũ tuarũ. Et consilium impiorum adiuues: Nunquid oculi carnei tibi sunt. aut sicut videt homo et tu videbis: Nunquid sicut dies hoĩs dies tui. ⁊ anni tui sicut humana sunt tẽpora Vt queras iniquitatẽ meã. et peccatũ meum scruteris: Et scias quia nihil impium fecerim. cũ sit nemo q̇ de manu tua possit eruere. ℟. Memento queso domine ꝙ sicut lutum feceris me ⁊ in puluerem reduces me Nõne sicut lac mulsisti me ⁊ sicut caseum me coagulasti pelle ⁊ carne vestisti me ossib⁹ et neruis cõpegisti me. ꝟ. Vitã et misc̃dia; tribuisti mihi ⁊ visitatio tua custodiuit spm̃ meũ. Nonne.

Manus tue dñe le.iij.
fecerūt me. ⁊ plaſma
uerūt me totū ĩ circuitu ⁊ ſic
repēte ꝑcipitas me. Memen
to q̄ſo ꝙ ſicut lutū fecerꝭ me.
⁊ ĩ puluerē reduces me. Nō
ne ſicut lac mulſiſti me ⁊ ſicut
caſeū me coagulaſti: Pelle ⁊
carne veſtiſti me: oſſibꝰ ⁊ ner
uis cōpegiſti me. Vitā ⁊ mi-
ſericordiā tribuiſti mihi. ⁊ vi
ſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū
meū. ℟. Abſolue dñe aīas eoꝝ
ab omī vinculo delictorū Nō eas
tormētū mortis attingat. nō reoꝝ
cathena cōſtringat ſed miſeratio
tua in pacis eas ac lucis regione
cōſtituat. ℣. Si que illis ſint dñe
digne cruciatibꝰ culpe. tu eas grā
lenitatis indulge. Non. In.ij.
noc.añ. Illumīa oculos meos
ne vnq̄ obdormiā in morte. Ps
Vſqꝫquo dñe. fol.iiij. Añ.
Caro mea requieſcet in ſpe. ps.
Cōſerua me. fo.iiij. Añ. In
loco paſcue ibi me collocauit ps
Dñs regit me ⁊. fo.xlviij. ℣.
Ne tradas dñe beſtijs aīas cōfi-
tentiū tibi. Et aīas pauperū tuo-
rū ne obliuiſcatis in finē. Pater
noſter. Et ne nos. Lcō.iiij.
Reſpōde mihi quātas
habeo iniq̄tates ⁊ pec
cata: ſcelera mea atqꝫ delicta
oſtēde mihi. Cur faciē tuam
abſcōdis ⁊ arbitraris me in-
imicū tuū: Contra foliū qδ a
vēto rapiť oſtēdis potētiam
tuā. ⁊ ſtipulā ſiccam pſeq̄ris.
Scribis eñ ꝯtra me amari-
tudīes ⁊ conſumere me vis
pctīs adoleſcētie mee. Poſu-
iſti in neruo pedes meos et
obſeruaſti oēs ſemitas meaſ
⁊ veſtigia pedē meorū ꝯſide
raſti. Qui q̄ſi putredo conſu-
mēdꝰ ſum. ⁊ q̄ſi veſtimētum
qδ comediť a tinea. ℟. Ro-
gamꝰ te dñe deus nr̄ vt ſuſcipias
aīas eorū defunctorū ꝓ qbꝰ ſang
uinē tuū fudiſti. Recordare quia
puluis ſumꝰ ⁊ hō ſicut fenū ⁊ flos
agri. ℣. Miſericors ⁊ miſerator
⁊ iuſte dñe. Recordare. Lcō.v.
Homo natꝰ de muliere
breui viuēs tpe. reple
tur multis miſerijs. Qui q̄ſi
flos egrediť ⁊ cōteriť. ⁊ fugit
velut vmbra et nunq̄ꝫ in eo-
dē ſtatu ꝑmanet. Et dignum
ducis ſup huiuſcemōi apire
oc̄los tuos. ⁊ adducere eū te
cū in iudiciū. Quis pōt face-
re mūdū de immūdo ꝯceptū
ſemine: nōne tu q̄ ſolus es:
breues dies hōīs ſunt nume
rus mēſiū eiꝰ apud te eſt. Cō
ſtituiſti termīos eiꝰ q̄ ꝑteriri
non poterunt. Recede ergo
paululū ab eo vt q̄eſcat. do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec optata veniat ⁊ ſicut mer
cenarij dies ei⁹. ℟. Redēptor
me⁹ viuit ⁊ in nouiſſimo reſurgā
Et renouabunt denuo oſſa mea ⁊
in carne mea videbo dñm meū.
℣. Lauda aīa mea dñm laudabo
dñm in vita mea pſallā deo meo
quā diu ero. Et. lcō. vi.
Quis mihi hoc tribu-
at vt in inferno ꝓtegas me:
⁊ abſcōdas me donec ꝓtrāſe-
at furor tu⁹ ⁊ cōſtituas mihi
tp̄s in quo recorderis mei?
Putas ne mortu⁹ hō rurſū
viuat? cūctis dieb⁹ qb⁹ nūc
milito expecto donec veniat
immutatio mea. Vocabꝭ me
⁊ ego reſpōdebo tibi: operi
manuū tuarꝫ porriges dexte-
rā. Tu quidē greſſus meos
dinumeraſti ſed parce pctīs
meis. ℟. Ne tradas dñe be-
ſtijs aīas cōfitenciū tibi. Et aīas
pauperū tuorū ne obliuiſcaris in
finē. ℣. Memorare q̄ ſit nr̄a ſub-
ſtātia dñe ⁊ qa nō vane cōſtituiſti
oēs filios hoīm. Et. In. iij. noc
añ. Delicta iuuētutis mee ⁊ ig-
norātias meas ne memineris do
mine. Ps̄. Ad te dñe leuaui.
fo. xlix. Añ. Credo videre bo-
na dñi in t̄ra viuentiū. Ps̄. Do-
min⁹ illuminatio fo. x. Añ.
Sitiuit aīa mea ad deū viuū qn̄
veniā ⁊ apparebo ante faciē dñi.
Ps̄. Queādmodū. fo. xviij.
℣. A porta inferi. Erue dñe aīas
eorꝫ. Pater noſter. Et. lcō. vij.
Spirit⁹ meus attenua
bit̄. dies mei breuia-
bunt̄ ⁊ ſolum mihi ſupeſt ſe-
pulchrum. Nō peccaui. ⁊ in
amaritudinib⁹ morabit̄ ocu
lus me⁹. Libera me dñe ⁊ po
ne me iuxta te. ⁊ cui⁹ vis ma
nus pugnet cōtra me. Dies
mei trāſierūt cogitatōes mee
diſſipate ſunt. torquētes cor
meū. Noctē verterūt in diē:
⁊ rurſum poſt tenebras ſpe-
ro lucē. Si ſuſtinuero infer-
nus dom⁹ mea eſt ⁊ in tene-
bris ſtraui lectulū meū. Pu-
tredini dixi pater me⁹ es. ma
ter mea: ⁊ ſoror mea v̄mib⁹.
vbi eſt ergo nunc p̄ſtolatio
mea ⁊ paciētia mea tu es do
mine de⁹ me⁹. ℟. Quō cōfite-
bor tibi dñe de⁹ meus qn̄ veneris
in iudiciū tuū qa cor meū mundū
nō cuſtodiui aīam meā in carne
poſitā pollui tēplū corpis mei de
ope iniqtatis coinqnaui precor
te dñe anteq̄ diſcutias me. Miſe
rere mei. ℣. Tibi ſoli peccaui do
mine. Aliud ℟. ſm aliquos.
Cognoſcim⁹ dñe qa peccauimus
veniā petim⁹ quā nō meremur.
Manū tuā porrige lapſis. qui la-
troni confitenti paradiſi ianuas

aperuiſti. ℣. Vita noſtra in dolo
re ſuſpirat. ⁊ in ope nõ emẽdat. ſi
expectas nõ corrigimur. ⁊ ſi vin-
dicas nõ duramur. Manũ tuam

Pelli mee conſumptis
carnibus adheſit os
meũ ⁊ derelicta ſunt tantũmõ
labia mea circa dẽtes meos.
Miſeremini mei miſeremini
mei ſaltẽ vos amici mei: q̃a
manus dñi tetigit me. Qua-
re me pſequimini ſicut deus
⁊ carnib⁹ meis ſaturamini:
Quis mihi tribuat vt ſcribã-
tur ſermones mei: Quis mi
hi det vt exarent̃ in libro ſtilo
ferreo vel plũbi lamina. vel
celte ſculpant̃ in ſilice. ℟. Li-
bera me dñe de morte eterna in
die illa tremẽda. Quãdo celi mo
uendi ſunt et terra. ℣. Dies illa
dies ire dies calamitatis ⁊ miſe-
rie dies mag̃ ⁊ amara valde Quñ

Scio enĩ q̃ re- Lcõ ix.
demptor me⁹ viuit et
in nouiſſimo die de terra ſur-
recturus ſum. Et rurſum cir
cumdabor pelle mea. Et in
carne mea videbo deũ ſalua-
torẽ meũ. Quẽ viſurus ſum.
ego ipẽ ⁊ oculi mei cõſpectu-
ri ſunt: ⁊ nõ alius. Repoſita
eſt hec ſpes mea in ſinu meo.
℟. Deus eterne in cui⁹ humana
cõditio poteſtate cõſiſtit aĩas om

niũ fideliũ defunctorũ queſumus
ab oibus abſolue pctis. Vt peni
tẽtie fructũ quẽ volũtas eorũ op-
tauit preuẽti mortalitate nõ per-
dant. ℣. Qui in cruce poſitus la
tronẽ ſero penitentẽ ſuſcepiſti eo-
rũ p̃camur pie pctã dilue. Vt pe.
Ad laudes añ. Exultabunt
dño oſſa hũiliata. Ps̃. Miſe-
rere mei de⁹. vts̃ fo. xv. Añ.
Exaudi orationem meam ad te
omis caro veniet. Ps̃. Te de-
cet. fo. lxxvi. Añ. Me ſuſcepit
dextera tua dñe. Ps̃. De⁹ de⁹
meus. fo. viij. Añ. A porta in
feri erue domine animas eorum.
Ps̃. Ego dixi. s̃ fo. xxi. Añ.
Omis ſpirit⁹ laudet dñm. Ps̃.
Laudate dñm de celis. fo. ix.
Sup bñd. añ. Abſolue domie
aĩas eorũ ab omi vinculo deli-
ctorũ vt in reſurrectiõis glĩa in-
ter ſctõs tuos reſuſcitati reſpirẽt.
Ps̃. Benedictus. vts̃ fo. ix.
Kirieleiſon. xpeleiſon. kirie-
leiſon. Pat noſter. Et ne nos
Requiem eternam dona eis
domine. Et lux ppe. A porta
inferi. Erue dñe aĩas eorũ.
Credo videre bona dñi. In
terra viuẽtium. Dñe exaudi
orõnẽ meã Et cla. Oremus.

Partem beate re Col.
ſurrectiõis obtineant
anime oĩm fideliũ defunctorũ

vitã qꝫ eternã cũ ſanctis tuis
habere mereant̄ in celis per
te iheſu xp̄e ſaluatoꝛ mundi.
Sequit̄ pſ. Lauda anima
mea dñm. Requiē eternam.
Dñs vobiſcũ. Et cum ſpiri-
tu tuo. Oremus. Colla.

DA nobis dñe vt ani-
mã famuli tui epiſco-
pi quã de hui⁹ ſeculi eduxiſti
laborioſo certamine. ſctõꝛũ
tuoꝛũ cetui tribuas eſſe con-
ſortē. Per dñm nr̃m. Coll.

BEate et glorioſe ſem-
perqꝫ v̄ginis dei geni
tricis marie interceſſiõe nos
ꝓtege. ꝛ aĩas famuloꝛũ tuoꝝ
ſacerdotũ ſctõꝛũ tuoꝛũ iũge
conſortiis. Per dñm. Col.

DEus qui nobis patrē
ꝛ matrē honoꝛare p̄-
cepiſti miſerere clemēter ani
mab⁹ parentũ noſtroꝛũ eo-
rũqꝫ peccata dimitte noſqꝫ
eos in eterne claritatis gau-
diis fac videre. Per dominũ

INclina dñe au- Col.
rem tuã ad preces no-
ſtras quib⁹ miſericoꝛdiã tuã
ſuppliciter dep̄camur vt ani-
mam famuli tui quã de hoc
ſeculo migrare iuſſiſti in pa-
cis ac lucis regione ꝯſtituas
et ſctõꝛũ tuoꝛũ iubeas eſſe cõ
ſortes. Per dominũ. Colla.

QUeſum⁹ dñe pro tua
pietate miſerere aīe
famule tue ꝛ a cõtagiis moꝛ-
talitatis erutã in eterne ſalua
tionis partem reſtitue. Per.

FIdelium deus Colla.
omniũ conditoꝛ ꝛ re-
demptoꝛ aĩabus oīm fide-
liũ defunctoꝛũ remiſſionē cũ-
ctoꝛũ tribue peccatoꝛũ vt in-
dulgentiã quã ſemꝑ optaue-
rũt piis ſupplicatiõib⁹ conſe
quant̄. Qui cum deo patre.

Incipiũt preces maioꝛes.

Oremus ꝓ oĩ gradu ec-
cleſie. Sacerdotes tui indu-
ant̄ iuſticia ꝛ ſcti tui exultēt.

Pro paſtoꝛe noſtro. Beat⁹
qui intelligit ſuꝑ egenum et
pauperē in die mala libera-
bit eum dominus.

Pro rege noſtro. Dñe ſal-
uũ fac regē ꝛ exaudi nos in
die qua inuocauerim⁹ te.

Pro antiſtite nr̃o. Dñs con
ſeruet eũ ꝛ viuificet eũ ꝛ bea-
tũ faciat eũ in terra ꝛ nõ tra-
dat eũ in man⁹ inimicoꝝ ei⁹.

Pro oĩ cõgregatiõe nr̃a.
Memoꝛ eſto congregatiõis
tue quã poſſediſti ab initio.

Pro cũcto pplõ catholico.
Saluũ fac popl̃m tuũ dñe et
bñdic hereditati tue ꝛ rege
eos ꝛ extolle illos vſqꝫ in etnũ

Pro pace ⁊ vnitate eccleſie. Fiat pax in virtute tua ⁊ abū dantia in turribus tuis.

Pro fratribꝰ ⁊ ſororibꝰ nr̄is Propter frēs meos ⁊ ꝓx̄ios meos loquebar pacem de te.

Pro iter agētibꝰ. O dn̄e ſal-uos eos fac. o dn̄e bene pro-ſperare benedictꝰ qui ventu rus es in nomine domini.

Pro nauigantibꝰ in bonis. Exaudi nos deꝰ ſalutaris nr̄ ſpes oīm finiū ⁊ ī mari lōge.

Pro aduerſantibꝰ ⁊ calūni-antibꝰ nobis. Dn̄e ieſu criſte ne ſtatuas illis hoc peccatū quia neſciūt quid faciunt.

Pro diſcordātibus. Et pax dei q̄ exupat oēm ſenſū cuſto diat corda ⁊ corpa eoꝝ ī pace

Pro penitētibꝰ. Cōuertere domīe vſqꝫquo ⁊ deꝑcabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Pro oībus nobis bona faci entibꝰ. Retribuere dignare dn̄e oībꝰ nobis bona faciēti-bus ꝓpter nomen ſanctum tuum vitam eternā Amen.

Pro infirmis ⁊ captiuis. Li bera eos deus iſrael ex omni-bus tribulatiōibus ſuis.

Pro fidelibꝰ defunctis. Re quiē eternā dona eis dn̄e et lux ꝑpetua luceat eis. Requi eſcant in pace Amen.

Pro pctis ⁊ negligētijs no ſtris. Dn̄e ne memineris in-iquitatū noſtraꝝ antiquarū. cito āticipēt nos miſcdie tue qꝛ paupes facti ſumꝰ nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris nr̄. Et ꝓpter gloriā nōis tui dn̄e libera nos ⁊ ꝓpiciꝰ eſto pctis nr̄is ꝓpter nomē tuum

Pro fratribꝰ ⁊ ſororibꝰ no-ſtris abſentibꝰ. Saluos fac ſeruos ⁊ ancillas tuas deus meus ſperantes in te.

Mitte eis dn̄e auxiliū de ſan cto. Et de ſyon tuere eos.

Eſto nobis dn̄e turris for-titudinis. A facie inimici.

Dn̄e exaudi orōnē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Ore mus. Miſerere mei deꝰ. Glā pr̄i. cū All'a. in fine Sed in lxx. et. xl. dicit̄ Laus tibi dn̄e rex eterne gl'ie. Poſt hoc Ex urge dn̄e adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomen ſctū tuū. Dn̄e deꝰ vtutū cōuerte nos. Et oſtēde faciē tuā et ſalui erimꝰ. Dn̄e ex-audi orōnē meā. Et clamor meꝰ. Dn̄s vobiſcū. Et cū. Oremus. Tunc ſequit̄ coll'a ſꝫm tp̄us.

Incipiunt preces minores.

Ego dixi dn̄e miſerere mei. Sana animam meam quia peccaui tibi.

Domīe auerte faciē tuam a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccatis meis. Et oẽs iniq̃-
tates meas dele.
Conuerte dñe vſq̃quo Et de
ꝑcabilis eſto ſup ſuos tuos.
Fiat miſcdia tua dñe ſuper
nos. Quẽadmodũ ſperaui-
mus in te.
Oremꝰ ꝓ omĩ gradu eccl'ie.
Sacerdotes tui induant̃ iu-
ſticia. Et ſctĩ tui exultent.
Pro rege noſtro.
Dñe ſaluũ fac regẽ. Et exau
di nos ĩ die q̃ ĩuocauerimꝰ te
Pro antiſtite nr̃o. Dñs con
ſeruet eũ ⁊ oẽs ſibi ꝯmiſſos.
Pro omĩ cõgregatione nr̃a.
Memor eſto cõgregationis
tue quã poſſediſti ab initio.
Pro cuncto popl'o catholico
Saluũ fac ppl'm tuũ dñe et
bñdic hereditati tue Et rege
eos ⁊ extolle illos vſq; in eternũ
Fiat pax in virtute tua. Et
abũdãtia in turribꝰ tuis.
Pro infirmis ⁊ captiuis. Li
bera eos deꝰ iſrael ex oĩbus
tribulationibus ſuis.
Pro fidelibꝰ defunctis. Re-
quiẽ eternã dona eis dñe. Et
lux perpetua luceat eis. Re-
quieſcant in pace. Amen.
Pro fratribꝰ ⁊ ſororibꝰ no-
ſtris abſentibꝰ. Saluos fac
ſeruos et ancillas tuas deus
meus ſperantes in te.

Mitte eis dñe auxilium de
ſcto. Et de ſyon tuere eos.
Eſto nobis dñe turris for-
titudinis. A facie inimici.
Dñe exaudi orõnẽ meã. Et
clamor meus ad te veniat.
Oremus Miſerere ⁊c. vt s̃.
Suffragia cõſueta ꝑ an-
nũ ꝑmo de ſctã cruce añ. Per
ſignũ ſctẽ crucis de inimicis nr̃is
libera nos deꝰ nr̃. ℣. Adoramꝰ te
xp̃e ⁊ bñdicimꝰ tibi. Quia ꝑ cru-
cẽ ⁊ ſanguinẽ tuũ redemiſti mũdũ
Deus q̃ crucẽ ſan Col.
ctã aſcẽdiſti ⁊ mũdi te-
nebras illumĩaſti tu corda et
corpa nr̃a ꝑ v̓tutẽ ſctẽ crucis
illuminare viſitare dignare.
De btã v̓gine añ. Bñdicta tu
in mulieribꝰ ⁊ bñdictꝰ fructꝰ ven
tris tui. ℣. Diffuſa eſt gr̃a in la-
bijs tuis. ꝓpt̃ea bñdixit te deꝰ ĩ e.
Protege nos Coll'.
dñe faml'os tuos ſub-
ſidijs pacis ⁊ beate marie ſp
v̓ginis p̃ocinijs cõfidẽtes: a
cũctis hoſtibꝰ ⁊ ꝑiculis red-
de ſecuros. De ſ. iohãne añ
Inter natos mulierũ nõ ſurrexit
maior iohanne baptiſta. ℣. Fuit
hõ miſſus a deo. cui nomẽ erat io
Preſta q̃s Col. hãnes
ops̃ deꝰ vt familia tua
ꝑ viã ſalutis incedat ⁊ beati
iohãnis p̃curſoris tui horta-

mēta ſectādo. ad eū quē ꝑdix
it ſecura ꝑueniat. Dn̄m nr̄m.
De apl'is. In paciētia vīa poſ-
ſidebitis aīas vīas. ℣. In oēm
terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ. Et. Coll'a.
Exaudi nos deꝰ ſaluta-
ris nr̄ ⁊ apl'orū tuorū
petri ⁊ pauli ⁊ alioꝝ apl'oꝝ ⁊
euāgeliſtarū tuoꝝ nos tuere
ꝑſidijs q̄rū nos donaſti fide-
les eſſe doctrinis. De ſ. libo-
rio. Serue bone et fidelis intra
in gaudiū dn̄i tui. ℣. Amauit eū.
Col.
Deus q̄ ppl'o tuo
eťne ſalutis btm̄ libo-
riū miniſtrū tribuiſti. preſta
qs̄ vt quē doctorē vite ha-
buimꝰ in terris: interceſſorē ſꝑ
hēe mereamur in celis. De
ſ. nicolao. Nobiliſſimis ſiqdē
natalibꝰ ortꝰ velut lucifer nicola
us emicuit. ℣. Ora ꝓ nobis btē
pat̄ nicolae. Vt digni effi. Col.
Deus q̄ btm̄ nicolaum
piū cōfeſſorē tuū atq;
pōtificē innumeris decoraſti
miraculis. tribue qs̄ vt eiꝰ
meritis ⁊ ꝑcibꝰ a iehenne ig-
nis incendijs liberemur et a
ꝑiculis oībꝰ eruamur. Pro
pace añ. Da pacē dn̄e in diebꝰ
nr̄is q2 nō eſt alius qui pugnat ꝓ
nobis niſi tu deꝰ nr̄. ℣. Fiat pax
in ꝟtute tua. Et. Coll'a.
Deus a quo ſctā deſide
ria recta ꝯſilia ⁊ iuſta ſūt opa
da ſeruis tuis illam quam
mūdus dare nō pōt pacē: vt
⁊ corda ⁊ corpa nr̄a manda-
tis tuis dedita. ⁊ hoſtiū ſub-
lata formidīe. tpa ſint tua ꝓ-
tectiōe trāquilla. De oībus
ſctis. Scti dei oēs intercedite ꝓ
nr̄a oīmq; ſalute. ℣. Letamini in
dn̄o ⁊ exultate iuſti. Et glo. Col
Tribue qs̄ oīps deꝰ
oēs ſctōs tuos iugiter
orare ꝓ nobis ⁊ eos ſꝑ cle-
mēter exaudire digneri. Per
dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m filiū tuū.
Nota q̄ poſt cōpleto. dicit
vna añ. cū ℣. ⁊ coll'. ꝓ laude
btē marie ꝟginis q̄ variat
per circulū anni ꝓut imme
diate ſequit̄ ſed anteq̄ dica
tur ipa añ. ꝑmittitur iſtud.
Adiutoriū nr̄m in noīe dn̄i.
Qui fecit celū ⁊ terrā. Sit no
mē dn̄i bn̄dictū. Ex hoc nūc
⁊ vſq; in ſclm. Oremꝰ. Cele-
ſti bn̄dictiōe bn̄dicat ⁊ cuſto
diat nos diuina maieſtas et
vna deitas pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūs
ſctūs amē. In aduentu dn̄i
dicit̄ añ. ſequēs. Ecce ꝟgo cō
cipies ⁊ paries filiū ⁊ vocabis no
mē eiꝰ ihm̄ hic erit magnꝰ ⁊ filiꝰ
altiſſimi vocabit̄. ℣. Aue maria
gr̄a plena dn̄s tecū. Bn̄dicta tu
in mulieribꝰ ⁊ bn̄dictus fructꝰ ve

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DEus qui **Col.** tris tui.
de btē marie virginis
vtero v̄bū tuū angelo annū-
ciāte carnē ſuſcipere voluiſti.
p̄ſta ſupplicib⁹ tuis vt q̄ vere
eā dei genitricē credim⁹. eius
apud te interceſſiōib⁹ adiu-
uemur. Per eūdē xp̄m dn̄m
nr̄m. Amē. **A natiuitate vſ
q₃ ad purificatiōe₃ marie dr
añ. ſequēs.** Ecce maria genuit
nobis ſaluatorē quē iohānes vi-
dēs exclamabat dicēs. ecce agn⁹
dei. ecce q̄ tollit pctā mundi all'a.
V. Poſt ptū v̄go inuiolata p̄māſ-
ſiſti. Dei genitrix intcede p̄ nob.

DEus q̄ ſalutis eterne
btē marie v̄ginitate fe
cūda hūano generi p̄mia p̄-
ſtitiſti: tribue q̄ſ vt ipa₃ p̄
nobis intcedere ſenciam⁹. p̄
quā meruim⁹ auctorem vite
ſuſcipe. Dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m
Amē. **A feſto paſce vſq₃ ad
octās pēthecoſtes** Regina ce
li letare all'a. q̄a quē meruiſti por
tare all'a. reſurrexit ſicut dixit all'a
Ora p̄ nobis deū all'a. **V.** Gau-
de dei gēitrix all'a. Quia ſurrexit
filius tuus all'a. **Coll'a.**

PRoſit nob' q̄ſ op̄s
pat. ⁊ p̄cipue inter hec feſta
paſcalia filij tui ſolēnia: cōti-
nuata dei genitricis ⁊ virgi-
nis marie memoria: q̄ ⁊ aſti-
tit vulnerata charitate in cru
ce pendēti. ⁊ nunc aſtat a dex-
tris in celo regina regnanti.
Eidē ih̄u xp̄o dn̄o nr̄o Amē
**Alijs tp̄ib⁹ ſc₃ a purificatio
ne marie vſq₃ ad feſtū paſce
et ab octaua pēthecoſ. vſq₃
ad aduētū dn̄i dr añ ſeq̄ns.**

SAlue regina miſcdie. vita dul-
cedo ⁊ ſpes noſtra ſalue. ad te cla
mam⁹ exules filij eue. ad te ſuſpi
ramus gemētes ⁊ flentes in hac
lachrimarū valle. eya ergo aduo
cata noſtra illos tuos miſericor-
des oc'los ad nos cōuerte. Et ie-
ſum bn̄dictū fructū vētris tui no
bis poſt hoc exiliū oſtēde. O cle-
mēs. o pia. o dulcis v̄go maria.
V. In om̄i tribulatiōe ⁊ anguſtia
noſtra. Succurre nobis beatiſſi-
ma virgo maria. **Coll'a.**

INteruentat p̄ nobis
q̄ſ dn̄e ih̄u xp̄e nūc ⁊ in ho
ra mortis nr̄e apud tuā cle-
mentiā glorioſiſſima virgo
maria mater tua. cui⁹ ſacra-
tiſſimā animā in hora paſſio
nis et mortis tue gladius do
loris ptranſiuit. Qui viuis ⁊
regnas deus. Per oīa ſecula
ſeculorū. Amen.

Inc
et prim
vigilia
dñica ſ
matuti
añ. Et
coll'de
habue
dicet p
gilia ve
uat vt
inuita.
nite ado
Et dr n
is añis
Timētib
I
i
Ego ſu
me⁹ ag
Omeli
I
fi
diſcipu
dixit fr
put ecc
mediat
ibs. vn
vitis ⁊
cū eſſet
mus fa
ſet vitiſ
nos ho
mus. D
vos. v

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN